DISSERTATIO IVRIS PVBLICI
DE
CAPITVLATIONE PERPETVA

QVAM
CONSENSV ILLVSTRIS ICTORVM ORDINIS
SVB PRAESIDIO
ILLVSTRIS VIRI
DOMINI
CHRISTIANI WILDVOGELII
ICti longe Celeberrimi
Sereniss. Ducis Saxo-Isenacensis Consiliarii Status intimi, Curiæ *Provincialis* & Scabinatus nec non Facult. Iurid. Assessoris gravissimi, & Antecessoris famigeratissimi.
DN. PATRONI AC PRAECEPTORIS SVI
AETATEM DEVENERANDI
IN ACADEMIA AD SALAM FLORENTISSIMA
PVBLICE PROPONIT
AVCTOR
GERLACHVS ADOLPHVS DE MVNCHHAVSEN
EQVES THVRING.
AD DIEM VIII. NOVEMBRIS A. C. MDCCX.

IENAE, TYPIS MVLLERIANIS.

Q. D. B. V.

§. I.

UBi hominum primi a sapientissimo Conditore provida cura in lucem fuissent editi, nihil tum jurgii, nihil discordiæ, nihil perfidiæ atque reliquorum scelerum ipsorum animos occupasse, sacræ unumquemque litteræ possunt condocere. Quamprimum vero miseri Satanæ se fraudibus committebant, tetro ambitionis oestro perciti gloriam obsequii, quod Numini debebant, dirissimo prosequebantur odio, ad altiora, magis quam par erat, nitentes, factum est, ut pristina felicitate destituti ex summis in ima præcipites, quodam veluti malorum gurgite, immergerentur. Longum foret numerum inire calamitatum, quæ postea mortales adfligere cœperunt, cum vel ipsum tempus, amplissimis licet circumscriptum limitibus, minime ad hoc sufficiat. Illud unum notasse juvabit, adeo cœcam humanis mentibus caliginem fuisse suffusam, ut non in animantia bruta, sed in proprium, quod horridum dictu, genus sævirent, miserabili pereundi perdendique libidine exæstuantes. Fallacia, rapinis atque cæde omnia replebantur, ipsa nox, quieti mortalibus destinata, animum furum atque latronum mille terriculamentis defatigabat: Quod nunc sacrilegium diceres, obvium tunc erat, nullo ignominioso notatum no-

mine: Stuprum autem inferre fœminis castissimis, horum temporum moribus decorum putabatur, &, quod desperationi proximum redderet optimum quemque, finis tunc malorum prævideri nullus poterat; Neque enim erant, qui vel sapientiæ præceptis, vel virtutis cupidine animos teneriores imbuerent, durissimosque litteris mores emollirent: sed successu temporis ipsa vitia abominandum facere progressum cerneres. (a)

§. II.

Unum quod miseris supererat solamen, splendidum libertatis nomen erat, libertatis, inquam, quæ durissima servitute pejor omnibus erat modis habenda. Harum itaque rerum quando denique rationes subducebant, facile animadvertebant, conjugum, liberorum suamque salutem, atque incolumitatem jactura libertatis aliqua fore redimendam. In societates itaque coire animo decreverunt, ut, quod singuli non possent, collecto mox robore alienas propulsarent injurias. Ut vero omnibus sua constaret ratio, quid unicuique agendum, quidve intermittendum esset, omnem collocabant operam. Erant, ad quos summam rerum deferrent, erant, quibus parere pulcrum ducebatur; singuli in auxilia mutua promti atque alacres. Ne vero qui ad clavum Reipublicæ sederent, pravo sui amore turpiter abrepti, quicquid vesana habendi cupido suggerit temere adfectarent, pactis erat mutuis opus, quibus nefarii imperantium ausus succiderentur, tot solum relictis viribus, quæ ad tutandam civium prosperitatem requirebantur.

§. III.

Hinc est, quod nullum propemodum videamus regnum, in quo non varias reperire sanctiones liceat, quibus subditorum saluti prospicitur. Ipsæ sane, quæ bellis atque latrociniis enatæ sunt, Respublicæ, his veluti fulcris plerumque sustentantur: In reliquis autem imperiis, quæ justo coaluerunt ordine, id tam manifestum est, ut rerum omnium esse rudem atque ignarum oporteat, qui hoc igno-

(a) conf. Dattius Volum. Rerum german. p. 3. & Dn. Thomas. Disp. De Latrocinio Gentis in Gentem.

ignoraverit. Operam itaque perderemus, ubi temporum monumenta atque annales percurrere, ipsasque variarum gentium constitutiones anxiæ perlustrare velimus ad ea, quæ hactenus dicta sunt conprobanda, *Ipsa* Rerum publicarum inspectio unumquemque sufficienter instruet, quas nunc ordine recensere nostri minime est instituti. *Facere tamen* non possum, quin vel unum Polonorum exemplum adferam, quod facem præferre iis videatur, quæ in *sequentibus* de industria tradentur. Vocant illi, quod notum est, *splendida* libertatis suæ munimina PACTA CONVENTA, qui*bus se* adversus tyrannidem tutos præstent atque securos.

§. IV.

Equidem, quod Cromerus tradit, (*b*) fuit initio liberior dominatus principis Poloniæ, & nullis propemodum legibus adstrictus, infinitam non modo omnium rerum, sed etiam vitæ necisque in omnes *potestatem* habens. At progressu temporis rigi*dior ser*vitus, mansuetiorem induere faciem quantocyus videbatur; sunt qui caussam rei ab immutatis sacris arcessant; sunt qui inde repetant, quod nobilitatem sibi magis devinctum iri reges crederent, ubi majoribus ipsam juribus instruerent: sunt denique qui excisæ Piastorum stirpi temperatam principis potestatem tribuant, aut iis rectius, qui Piastos præviis Senatorum suffragiis, in fastigio Polonorum regio insequebantur: Neque deerunt, qui singula, quæ adduximus, rationum pondera conjungant. Sed quicquid hujus sit, historiarum monumenta commonstrant, Casimiro Magno, Ludovico, Wladislao Jagelloni, ipsorumque successoribus, Polonos non minimam servitutis deletæ partem debere. Neque tamen legimus, *pacta*, quæ vocant, *Conventa* ante excessum Sigismundi Augusti fuisse conscripta: At ubi post obitum ipsius indigena non esset, qui ad regios honores eveheretur, cavere sibi de immunitate proceres optime rati, si novum principem certis adstringerent pactis, quæ adeo nonnunquam extenderunt, ut tam duram formulam clausulæ commissoriæ nonnullis Candidatis

 ali-

(*b*) *lib. 2. Descript. Polon.* Conf. Dlugossus *Hist. Polon.*

aliquando detulisse, fidem faciant inter alios *Cromerus* (c) & *Henricus Arnisæus* (d) ut sc. eligendus, si contraveniat promissis conventionibus, eo ipso regno excideret, veluti Sigismundus III. Polonorum Rex solenni juramento corroboravit, quod si contra pacta conventa aliquid moliretur aut susciperet, ac in aliquibus juramentum suum violaret, nullus incola regni, omniumque dominorum cujuscunque gentis obedientiam præstare debeat, *imo facto ipso ab omni fide & obedientia Regi debita sit liberatus.* Quandoquidem vero hæc interdum ante electionem conscribuntur, quandoque post suffragia lata, quilibet inde, etiam me non monente, colligere potest, non unum esse argumentum, quod comprehendunt: Illud tamen omnibus ex æquo convenit, ut juribus majestatis suus honos habeatur (e) ita quidem, ut circa sacra, bella, federa, judicia, collationem Magistratuum, legationes, monetam cudendam, & quæ sunt id genus alia, multa in medium proferantur, quæ ad securitatem facere videntur publicam: Quædam etiam in disceptationem veniunt, quæ ad conjugium regis, ipsiusque bona vel augenda vel minuenda, tum ad Castella aliquot de novo erigenda pertinent. Denique etiam Nobiles sibi prospiciunt, ne Rex consanguineos in linea collaterali, ultra communem generis sortem extollat, nisi juramento sanctissime præstito vim inferre velit. Facile nunc foret, ulterius hic progredi, nisi Dissertationis Academicæ mondum excedere religioni esset, præsertim cum in hoc genere scriptores extent quamplurimi. Sane neminem, nisi qui hospitem ex Republica literaria retulerit animum, latere poterunt labores Joannis Laskii, Jacobi Prilusii, Joannis Herberti a Fulstin, Andreæ, Petricovii, Pauli Szerbie, Theodori Zawaski, Alberti Madalinski, Marciani Matthiæ Ladovii, aliorumque.

§. V.

(c) *d l. lib. 2.*

(d) *de Jure Majest. lib. 1. cap. 6.* conf. Althusius *Polit. cap. 19. n. 44.*

(e) Conf. Author. vitæ Cardinalis Commendonii *lib. 4. cap. 13. p. m. 438.*

§. V.

Verum enimvero majoris esse momenti rem existimamus, *Capitulationem*, quam vocant, *perpetuam*, animo perlustrare, quæ potentiæ Imperatoris Romano-German. constringendæ inservire debebat. Præterquam enim quod hocce institutum patria se amœnitate satis superque commendare possit, nemo facile erit, cujus memoriæ animoque non obversetur, quid per decursum dimidii Seculi, quid recentissimis temporibus hac de re Ratisbonæ fuerit peractum. Nobis itaque integrum sit, historiam rei universæ, quoad eam comperire licuit, fusius exponere.

CAPVT I.

DE CAPITVLATIONE IN GENERE.

§. I.

ANtequam de Capitulationis natura atque origine quæpiam pertractemus, tum in genere, tum in specie capitulationis perpetuæ, maximopere necessarium esse arbitramur, quæpiam de nomine cæterisque vocabulis, quibus exprimi illa quandoque, præmittere, ut facem reliquis præferre queant.

§. II. Crebris autem sermonibus politicorum, imo ipsius ore vulgi teritur capitulationis vox, licet barbara atque a genio indoleque patriæ linguæ pariter atque Romanæ prorsus aliena. (*f*) Sunt

(*f*) conf. Besoldi Thesaurus practicus *l. c. p.* 155. Notatu digna videntur verba, quæ profert Louis du May *T. 2. p. 171.* dans l' Estat de l' Empire: Ceterme est etanger, & si je ne me trompe, nos loix *sont* ainsi axellées, parce que les Electeurs capitulent avec celui, qui la contraint de se rendre, ne se soumettant, qu' a de certaines conditions.

Sunt qui existimant, originem ipsius ad Italos referre, quibus *capitulatione* est *conventione* e *accordo*. Hinc ad Gallos transcendunt, quorum in ore frequens est *capituler*, articulatimque pacisci ipsis denotat. Natales vero, si quidem proprie vocem accipias, ad ætatem Caroli V. Imperatoris producunt, cujus in aula quibuscunque fere linguis majus quam Germanicæ statui pretium coeperat. Quicquid hujus demum sit, nos de his omnibus securi sponte largimur, vocabulum sæpius commemoratum ante tempora Caroli V. ipsiusque fratris, Ferdinandi I. in recessibus atque actis publicis non facile deprehendi, non dubitamus tamen illud a *capitulis* derivare, certis videlicet scriptionis partibus, quibus ipsam *capitulationem* majores nostri fuerant complexi. *(g)*

§. III. In publicis autem patriæ monumentis varia hæc vox sortita est synonyma, quandoquidem vocatur: Die Kayserliche *Obligation*, der Kayserliche *Contract*, die Kayserliche geschworne *pacta*; item die Articul, eine hochbetheurte geschworne *obligation*, die *Capitul* so Kayserliche Majestät in ihrer Wahlung zu der Römischen Königlichen Kron gnädigst verwilliget, Franckfurtis. *obligation-Contract*, Kayserliche Wahl-*Capitulation* &c. Non autem est, quare diutius his immoremur, cum hæc & multa alia a viris celeberrimis *Limnæo*, *(h)* *Conringio* *(i)* & *Rachelio* *(k)* jampridem fuerint excussa. Unum addimus, quod ancipiti valde sensu capitulatio quibusdam *lex regia* audiat, ad legis regiæ ab Ulpiano *l. 1. ff. de Constit. Princip.* & Justiniano Imperatore *l. 1. C. de vet. jur. enucl. & §. 6. J. de J. N. G. & C.* ita adpellatæ exemplum; sic enim in hanc opinionem descendunt *Carpzovius*, *(l)* *Franciscus* *Ireni-*

(g) conf. Dn. Buddei *Dictionarium Historicum p. 518.* & Friedrich Leutholff von Franckenberg. *Europ.* Herold *p. 450.*

(h) *in Capitulat. Imperat. & Regis.*

(i) *Disp. de Capit. Cæsar.*

(k) *Diss. de Capitulat. regni German.*

(l) *in Comment. ad legem regiam.*

Irenicus (*m*) *Schulzius* (*n*) aliique. At recte monet celeberrimi nominis Jureconsultus *Strauchius* (*o*) insigne intercedere discrimen inter utramque. Sane cum per legem regiam (si modo, quod nunc in medio relinquimus, illa unquam lata, quod acriter negat *Schockius* (*p*): omnis populo romano sub tracta fuerit potestas, manifestum est colligere, quantum distet a nostra capitulatione, qua valde arctis limitibus potentia Cæsaris solet circumscribi. *Ut taceam*, quod lex non ab æquali aut inferiore, sed tantummodo a superiore ferri possit.

§. IV. Scilicet capitulatio nobis nihil aliud est, quam pactum inter electum Imperatorem aut Regem romanum, atque Electores initum, nomine Reipublicæ Germanicæ, litterisque consignatum, ut hujus ratio sarta atque tecta esse possit. Equidem obscurum esse nobis neutiquam potest, variam esse definitionum molem, qua nonnulli capitulationis vocem obruunt magis, quam luminis claritate suffulciunt; sed pleræque suis laborant vitiis, quod nunc demonstrare supersedemus, postquam Rachelius (*q*) accuratiori singulos examini subjecit. Nos quemadmodum suo abundare sensu unumquemque patimur, ita rationem inire earum rerum, quas in definitione, aut si mavis descriptione, expressimus, nunc juvabit. Generis nempe loco diximus, quod Capitulatio sit pactum, minime vero, quod *Lampadio* (*r*) *Burgoldensi* (*s*) aliisque placet, lex; Quæso enim Te, quis superioris provinciam poterit suscipere, & novo Imperatori velut inferiori præscribere quid agendum, quidve sit omittendum? Quis

B autem

(*m*) *in Discurs. jur. publ.*

(*n*) *in Colleg. Jur. publ. Vol. 1. Disp. 4.*

(*o*) *Dissert. exot. 4. §. X.* Conf. Becman. *in pecul. Diss. de lege regia*, & Bœcler. *Instit. Polit. lib. 3 c 8.*

(*p*) *pecul. Tr. de figmento legis regiæ.* (*q*) *d. l.*

(*r*) *de Republ Roman. German. part. 3. Cap. 2. n. 12.*

(*s*) *in Notit. rerum illustrium Imp. rom. German. part. III. Discipl. 6.*

autem est, qui negare sustineat, in arbitrio electi esse positum, num oblatum imperium retinere atque capitulationi subscribere velit, an vero minus? Ipsa sane verba capitulationum unumquemque de rei veritate convincunt, esse ipsas solummodo pacta. Verba finalia procemii Capitulationis Leopoldinæ ita sese habent: Daß wir uns demnach aus freyen gnädigen Willen, Geding und Packts-Weise dieser nachfolgenden Articul vereiniget. Idem dispositum legitur in Capitulatione Josephi, procem. nec illud neglectum in antiquioribus capitulationibus a tempore Caroli V, prout uno obtutu perspici hoc potest, in Dn. *Muldeneri Capitulatione Harmonica.* (*t*) Pactum vero, si placita juris naturæ peritorum sequi velimus, nihil aliud est, quam consensus duorum pluriumve in idem placitum, electi videlicet Imperatoris, & nomine totius Reipublicæ Germanicæ, Electorum principum.

§. V. Variæ hinc enascuntur Doctorum quæstiones, quarum non ultima est, num per tale pactum derogetur majestati Imperatoris, an vero minus? Equidem nemo Principum est, qui non absque speciali promissione populo facta, teneatur ea præstare, quæ dictamina juris naturæ præscribunt. Verum enim vero longe hujus rei alia in Germania nostra est ratio, ubi ita finibus Cæsaris potentia coarctari solet, ut sine manifesto periculo ipsos nequeat excedere. Quodsi igitur eruditorum monumenta percurramus, duo potissimum hominum genera oculis nostris animoque obversantur. Sunt quibus unum illud palmarium videtur, Cæsaris aucupari gratiam, aliis contra in diversa nitentibus, ut crederes, omnes ingenii sui nervos intendere, quibus summitatem Monarchiæ subruant. Verum & hic tenere modum satius arbitramur; Quis enim emunctioris paulo naris est, quem non offendat male sana *Klinkingii* adulatio, qui monente *Kulpisio* (*u*) subinde ingeminare sustinet, per capitulationem *Cæsaris majestatem adeo non diminui, ut etiam ad instar legis regiæ veteris eadem augeatur.* Verum, quam incon-

(*t*) *pag. 1. usque 14.*

(*u*) *Comment. in Monzamb. P. II. c. 4. §. 4.*

ineoncinne Capitulationes Germanicæ, plane oppositam intentionem habentes, cum Veterum Romanorum lege regia comparentur, (x) in præcedentibus jam demonstratum est; Contra vero ecquis, quem modo cura quæpiam rerum patriarum tangit, in *Hippolito a Lapide* facile ferat, ut impune asserat, Imperatorem nostrum pro nudo ministro, ad ultimum, Directore in Germaniæ regimine haberi posse. (y) Supersedeo aliorum opiniones coacervando lectorem defatigare, cum facile apud Rachelium (z) & Kulpisium inveniri queant. Nos, quibus regiam relinquere viam religio est, tricas qualescunque facile effugere posse arbitramur, ubi observaverimus, summitatem quidem imperii competere Cæsari, ratione quorundam actuum, quos exercere potest inconsultis Ordinibus, ratione plurimorum vero, quos cum Ordinibus habet communes, ita rem comparatam esse, ut summitatem quidem Imperatori tribuere possimus, sed non soli, cum etiam Electores atque cæteri imperii ordines sint, qui id sibi sumunt, ut conjunctis viribus Cæsaris atque propriis id agant, quo patriæ incolumitate egregie prospiciatur (a) unde notabile dictum est ipsius Imperatoris Maximiliani I. quod refert Autor der Grund-Veste (b) Es läge des Römischen Reichs Majestät nicht so wohl an Kayser, als an denen Ständen. Et jam antiquitus Status imperii Cooperatores dictos fuisse, satis probat Schilterus *in Jur. publ.* (c) ubi divisionem inter Ludovici Pii filios & pactionem Confluentanam recenset, qua Ludovicus Germanicus exserte promittit, quod fidelium suorum tanquam *Adjutorum* & *Coadjutorum* consensum adhibere velit.

 §. VI.

(x) Conf. Anton. Augustinus *de LL. & Sctis* & Rupertus *ad Enchiridion. Pomponii.*

(y) conf. Kulpis. *l. c.*

(z) *l. c.*

(a) Conf. Friedr. Leutholff von Franckenberg *Europ.* Herold. *p. 455.* & Teutscher Reichs-Staat *Tom. II. p. 118. p. 388.*

(b) *part. I. Cap. I. p. II.*

(c) *libr. I. tit. p. 164. & lib. 4. tit. 12. p. 325.*

§. VI. Vt vero porro vestigia definitionis, cui inclusimus capitulationem, præmamus, adedndæ sunt personæ paciscentes; Altera parte conspicies electum Imperatorem aut Regem romanum: altera vero Electores, qui non suas tantum, sed universi imperii partes susceperunt. Ita sane usus rerum hactenus docuit, electo Imperatori aut Regi roman. capitulationem quempiam præscribi ab Electoribus, cui se Juramenti vinculo adstringere tenetur. (*d*) Eadem autem non semper temporis ratio observata fuit, quando vivente adhuc Imperatore Rex Romanos eligeretur; Sane si ætatem Caroli V. respicere velimus, Ferdinandus, superstite Augusto, diademate Regis romani cingebatur, at capitulatio tum demum ipsi fuit exhibita, postquam frater imperio se abdicaverat. (*e*) Aliter se res habuit in electione, non modo Maximiliani II. Rudolphi II. atque Ferdinandi III, sed & ipsius invictissimi nostri Josephi, ubi quamprimum regio honori admotus esset, capitulationem Electores adornarunt, licet forsan alia hujus rei subsit ratio, ne, quod inferius prolixius deducemus, principes manuum huic negotio injicerent, quod Electores sibi vindicare summis contendunt viribus. Electorum vero non semper idem fuit numerus, sed auctis patriæ mutationibus accrevit, adeo quidem, ut ipse Rex Bohemiæ novissime capitulationis etiam conficiendæ copiam fuerit nactus: Diu enim fuit, ex quo id in votis habuerunt Austriacæ gentis Imperatores, ut Bohemiæ regnum Ordinibus Germaniæ adscriberetur jure quodam postliminii. Verum hæc gloria Josepho relicta & a Deo servata videtur, ut novissime communi omnium ordinum concentu, sedendi, & suffragandi jura felici auspicio instauraret (*f*) Commentaria rerum

(*d*) Vid. Teutschen Reichs-Staat *Tom. I. §. 26. p. 110.*

(*e*) conf. Ziegler. in Schau-Platz der Zeit *p. 838.* & Thuan. *Hist lib. 36.* Otto Frisingensis *lib. 1. cap. 43. de Gestis Friderici I.* Sleimus *lib 8. Historiar.*

(*f*) Conf. Dn. Ludewig *de Jure suffragii Bohem. novissime instaurati,* & Dn. Hertius *de renovato regni rom. Germ. imperii & regno Bohem. nexu Disp.*

rerum comitialium rem ita exhibent: So ist beschlossen worden, Ihro Kayserl. Majest. frey zu stellen, ob und wenn sie vermöge dero habenden un*disputir*lichen Rechts und Befugniß, Ihren Böhmischen Sitz und Stimme durch eine Gesandschafft begleiten, und in allen *deliberationibus* in Chur-Fürstl. *Collegio* bey *ordinair* und *extraordinair* Zusammenkünfften, Reichs-*Deputations-Collegial-* oder andern Tagen verführen &c. (*g*)

§. VII. Vlterius in definitione nostra commemoravimus, *Capitulationem* pactum esse, quod non suo tantum, sed etiam *totius imperii nomine*, Electores ineant. Equidem obscurum esse nemini potest, qui acta publica legit, quantus hic se disceptationum campus offerat, cum non unis vicibus de Electoribus conquerantur Principes, quod propria auctoritate multa immisceant capitulationibus, quæ pristina Statuum jura tantum non evertant. Verum enim vero, præterquam quod hac de re uberius differendi *infra promtissima suppeditetur* occasio, in definitione expressimus non quid fiat, sed quid fieri debeat. Conceptis sane verbis hoc in capitulationibus legimus: Daß wir uns demnach aus freyen gnädigen Willen, mit denenselben unsern lieben Neven, Oheimen und Chur-Fürsten, vor sich und sämtl. Fürsten und Stände, des heilgen Römischen Reichs Geding und Pacts-Weise &c.

§. VIII. Quando antem definitionis nostræ tenor requirit, ut Capitulatio sit literis consignata, id non temere additum quispiam arbitrabitur. Hinc enim discrimen luculentum patet, inter qualecunque juramentum, quod Imperantes in regnis, etiam patrimonialibus, præstare solent, & inter Capitulationem, quæ non solum ore proponi debet, sed ipsa etiam scriptione comprehendi, ut utraque paciscentium pars de illa certior esse possit. Quo vero tempore ratio consignandi literis capitulationem in patria invaluerit, non satis liquet. Quidam ad extremam usque ætatem retrogrediuntur, alii in Henrici IV. fatis

 sub-

(*g*) vide Electa Jur. publ. *Tom. I. p. 13.* & Antonii Fabri *Europ.* Staats-Cantzley *Tom. XIII p. 413.*

subsistunt, quidam ultra electionem Caroli V. progredi vix ausi, rident quæ Goldastus de capitulatione Maximiliane I. nugari sustinet cum in Sleidano, quem testem appellat, altum hac de re sit silentium, præterea quoque nulla alia reperiatur historia fide digna, in qua hujus capitulationis fiat mentio. (h) Verum enim vero quemadmotum primæ sententiæ fautores nimium conjecturis indulgent, ita quæ Henrici IV. tempore Rudolpho pseudo-Cesari præscripta est capitulatio, neutiquam hoc nomen meretur, id quod unicuique manifestum fiet, qui cum capitulationibus, quæ ad Caroli V. ætatem & posteriora secula originem referunt, ipsam comparare velit. (i) Accedit quod non ex præscripto Imperii, sed ex technis atque fraudibus Hildebrandi Pape sceleratissimi, a principibus fidem Imperatori sacram migrare jussis, sit confecta. (k)

§. IX. Denique finis in nostra definitione additur, quare nimirum his limitibus summa Cæsaris potentia includatur, ut scilicet Reipublicæ Germanicæ ratio sarta esse atque tecta possit. Quod si enim temporum annales vel obiter inspiciamus, ubique se cumulus exemplorum offert, quæ unicuique facile demonstrabunt, quo impetu effrena mortalium ambitio eo feratur, ut libertatem populi evertat. Plena sunt Græcorum non modo atque Romanorum, sed ipsorum etiam Barbarorum monumenta & singulis commonstrant paginis, eos qui turbido ambitionis oestro perciti, summis imo, humanisque divina commiscere non erubuerunt, ut suæ superbiæ litarent, frena gentibus injicientes. Hinc factum est, ut Majores nostri libertatis suæ studiosissimi, Imperantibus quosdam proponerent articulos, ad quos imperii administrationem dirigerent. Vtque major rei foret

(h) vid. Oldenb. *in Limn. enucleat. p. 88.* & Teutscher Reichs-Staat *T. II. part. VIII. p. 386.* conf. Vitriarius *in Inst. J. Pub. lib. I. tit. VII. ibid.* Pfeffingerus.

(i) conf. Bruno *de bello Saxonico.*

(k) conf. Dn. Vhlii *Disp. de Methodo Hildebrand. p. 25.*

ret religio, juramenti vinculo Principem urgebant, & sub clausula annullatoria ita vigore capitulationis Imperio prospiciebant, ut negotium adversus clarum capitulationis tenorem susceptum, nullum & sine effectu esse debeat, argumento legis *Non dubium* 5. *C. de LL. junct. l. 55. de leg. I.* imo ut imperator ipse hoc aboleat. Huc pertinent verba cabitulationis Caroli V. & sequentium. (*l*) Ob aber diesen und andern vorgemeldeten Articuln und Puncten einiges zuwieder erlanget und ausgehen würde, daß alles soll krafftloß, todt und absenn, immaßen wir es auch alsdenn und denn als ietzo hiemit *cassiren*, tödten und abthun. Sunt equidem qui plane negant, Monarcham posse obstringi pactis: Inter hos nomen profitetur Hobbesius (*m*) notatus ideo *Scharockio* in libro de *officiis secundum jus naturæ.* (*n*) Sicuti vero Jure naturali gentiumque regnantes obligari, cunctisque promissionibus teneri, satis est clarum, ut bene probat *Grotius* (*o*) ita fere non est dubitandum, si quis viri acutissimi sensa recte percipiat, quin facile ipsum, judice *Rachelio* (*p*) sit absoluturus: per Monarcham enim is principem intelligit, qui absolute suo imperio præest, cæteros, qui limitata utuntur potestate, indignos hoc nomine pronunciat. Adversari itaque nobis hac in re eo minus videtur, quo magis ipsa, quam tractamus, capitulatio evincit, nos tale

(*l*) vide Muldeneri *Capitul. harmon. Art. XXXVII. p. 108.*

(*m*) *de Cive cap. 6. §. 17. & C. 7. §. 72.* it. *Leviath. c. p. 87.*

(*n*) *p. 280.*

(*o*) *Lib. 2. cap. II de jur. Bell. & Pac.* conf. Huberus *de Jure Civitat. p. 326.* it. Louis du May. d. l. *T. I. p. 51.* L'Empereur, inquit, estant homme, & Chretien, il est obligé d' observer les loix humaines & divines; & parce qu'il promet, & jure de ne rien faire contre la capitulation, que les Electeurs lui prescrivent devant son election, sans doute il est tenis de la guarder, de meme que tous les Rois sont obliges, de ne point contrevenir aux loix fontamentales &c.

(*p*) *l. c. p. 47.*

tale hic intelligere imperium, ad quod alter ante electionem nullum habuit jus, sed quod omne debet arbitrio gentis, quæ aliter libertati prospicere non poterat, quam ut conditiones dictaret, quibus adimpletis futuri Imperantis actus valerent, neglectis vero vani essent, imo prorsus nulli. Neque hoc modo ipsi injuriam faciunt, cum penes ipsum steterit, eas imperio repudiato repudiare, admisso autem admittere. Sic cum contra Carolum IV. electum an. 1346. alii eligerent Eduardum Regem Angliæ, hic renuit acceptare, ut & Fridericus Marchio Misnensis, Friderici Admorsi filius, Ludovici Bavari gener, electus id repudiavit. Nemo enim extiterit facile, qui ipsum ad consensum, qui tamen in pacto utrinque esse debet, coegerit. (*q*) Equidem sunt nonnulli, qui locum *I. Sam. VIII. vers. 11.* in contrarium proferunt, ubi populus Israelis, qui huc usque gubernatus erat manu divina per Prophetas atque Judices, aversari illud invisibile sceptrum, atque Regem vicinarum gentium exemplo petere cœperat, itaque jussu Dei Samuel proposuit universo populo, quæ potestas Regis, quem sibi postulabant, esset futura: Hoc erit, inquit, jus Regis, qui vobis imperitabit, eripiet vobis filias, & agros vestros, ac dabit servis suis, &c. Inde concludunt, quod a Deo jus Regis absolutum adeo non vituperetur, ut potius approbetur. Sed remoram hæc eo minus facere possunt, quo solidius jam ea a *Limnæo* (*r*) aliisque sunt discussa. Sane si Numen ter optimum maximum Regis arbitrio isteic loci cuncta permitteret, quid causæ fuit, quare Achabus Rex tam gravem promeritus fuerit reprehensionem, quod Nabothi vineam suis bonis adjunxerit, cum id ex jure Regis jam memorato utique fuerat

(*q*) Huc pertinent, quæ ex Theatro Europ. refert Rachelius *de Capitulat. cap. 1. §. 8.* cum Imperator Leopoldus eligeretur, unum ex Primariis ejusdem Ministris sequentia profudisse verba: Man wolte auf solche Art die Krone lieber lassen, und möchte man sehen, ob sich zu dergleichen Bedingungen ein Kayser finden würde.

(*r*) *l. c. p. 5.* Conring. *d. l.*

rat licitum. (s) Potius itaque jura Tyranni ibi ſaltem deſcribuntur, quæ nec a Deo data nec a Samuele approbata ſunt, ſed populo tanquam abuſus propoſita, ut a regio regimine, cui ſubeſſe deſiderabat, deterreretur.

§. X. Adeo vero in conficienda capitulatione majores caute ſunt verſati, ut Cæſari ab hoc pacto, ne in caſu quidem neceſſitatis, reſilire liceat; quanquam vix negaverim, eſſe adhuc, qui hanc aſſertionem, momenti ſane graviſſimi, in dubium vocent. Rationes eorum ex mente Limnæi (t) huc fere redeunt. (1.) *Interdum locum tempusve non pati plenius deliberandi conſilium*; (L. I. ff. de Exercit. action.) *hinc a regulis juris communis recedi poſſe, quoties periculum in mora eſt.* (L. de pupillo. 5. §. 12. & ſeqq. ff. de nov. oper. nunciat. l. 1. ff. de damno infecto l. 3. C. de Feriis, l. aliquando. 5. ff. de officio Præconſ. Gail. l. 1. obſervat. 102. n. 6.) (2.) *Decantatiſſimum juris apophthegma eſt: Neceſſitatem non habere legem.* (Gail. de pace publica l. 2. c. 2. n. 1.) (3.) *Notum, publicæ utilitatis gratia multa permitti, quæ alias ſunt interdicta & prohibita* (L. ita vulneratus. 51. ff. ad L. Aquil. Gail. l. 2. obſerv. 56. n. 4.) *Cum itaque capitulationis finis ſit bonum publicum, abſurdum eſſe, eam reſtrictione in contrarium detorquere* (argum. l. quod favore. 6. de LL.) (4.) *Magiſtratuum juramenta non ſunt præciſa, ſed ſecundum æquitatem temperanda.* Baldus & Sichardus ad L. 3. C. ex quib. cauſ. infam. irrogat. (5.) *Juramentum intelligitur rebus in eodem ſtatu permanentibus.* (l. ult. ff. qui ſatisd. cog. Tiraquellus ad L. ſi unquam. 8. C. de revocand. donat. n. 162.) *Ideoque ex cauſa de novo ſuperveniente, ab eodem citra crimen perjurii recedere licet.* (Cap. quemadm. 25. X. de Jurejur. Ferdin. Vasquius. de ſucceſſ. l. 2. §. 18.) *Et in terminis Imperatorem a capitulatione recedere poſſe, ſi nova cauſa ſuperveniat, docet Quetta* (Conſil. 14. n. 25. & 26.) (6.) *Juramentum non extenditur ad non cogitata, for-*

(s) Conf. Johannis Wandalinus *in pecul. Tr. de Jure Regio* & Schikardus *de Jur. Regio Ebræor.*

(t) *l. I. Sect. VIII. p. 25.*

tuita vel inopinata, (Jason. in L. si convenerit 18. n. 16. ff. de Jurisdict. Tiraquellus in præf d. l.) (7.) *Pactum obscurum vel ambiguum interpretari debemus contra eum, cujus in potestate fuit, legem apertius conscribere* (L. Veteribus. 39. ff. de pactis, L. Labeo. 21. ff. de contrah. empt.) *Si ergo in hoc passu capitulatio obscura est, Electoribus objici poterit, quod causam necessitatis & ubi periculum in mora est, disertis non expresserint verbis, Imperatori autem iisdem in casibus lex posita non erit.* (8.) *Hanc opinionem Imperator Ferdinandus II. in comitiis electoralibus anno 1630. Ratisponæ habitis summo studio contra Electores tutari sustinuit.* (9.) *Nec novum in Imperio vel inauditum, Imperatorem hujus opinionis patronum esse, discimus ex iis, quæ inter Maximilianum Ordinesque imperii an. 1505. in Comitiis Wormatiensibus sunt gesta* (*u*). Hæc sunt, quibus suam pro necessitate sententiam quidam stabilitum eunt. Aliis, quibus rectior mens insidet, ne in casu quidem necessitatis Imperatorem pacti semel initi leges posse negligere, autumant, atque non modo priorem opinionem refellunt, sed & suam hypothesin corroborare quam maxime annituntur. (1.) Quod itaque ad argumentum primum attinet, sejungendæ utique sunt, privati hominis conditiones atque Imperatoris, nec æque secure decisiones illius, ex jure inter privatos desumptæ, possunt aut debent applicari ad negotia publica ex jure naturæ & gentium decidenda. Illum enim necessitas facilius excusabit, cum omne quod ex præcipiti facto oritur malum, ad ipsum solum derivetur, cum e contrario calamitas, quam Imperator præpostera festinatione accersit, ad universam Rempublicam profluat, (*l. in re mandata. 21. C. Mandat.*) Accedit, quod ubi periculum nullam ferre moram possit, Augusto via compendiosa vota & consensum exquirere Electorum liceat. (*x*) Hinc etiam ipse Limnæus (*y*) utut justo sæpius liberalior, notante Mon-

(*u*) conf. Goldastus in Politischen Reichs-Händeln. *p. 86.*
(*x*) vid. Dn. Mulden, *in Cap. harm. ad art. 13. p. 46.*
(*y*) *in Annotat. ad Capit. in prolegom. Sect. 8. n. 48.*

Monzambano (z) in allegando jure privato circa decisiones controversiarum illustrium inter Principes, tamen hoc in casu facilem putat ad modo allatas rationes responsionem. (2.) Neque illud πολυθρύλλητον, necessitatem non habere legem, crude intellectum cum rei veritate prorsus convenit: alioqui sane facilior nulla foret via *Imperatori*, ad votorum summam enitendi, atque ex mutata patrii regiminis forma Monarchiam absolutam efficere; sed requiritur, ut Ordines imperii, si non omnes, saltem aliqui, hac de re cognoscant, num negotium necessitati involvatur, an vero minus. (*a*) (3.) Neque tertium adversus nos quidquam valebit argumentum, cum eadem ratione argumentari liceat; Multa utilitatis publicae causa prohiberi, quae alias sunt licita. (*L. 2. C. de Comerciis. L. 11. ff. de publican. L. 1. & 2. C. quae res export. non deb. L. 1. C. de condit. in public. horr.*) (4.) In interpretatione capitulationis non privati juris doctorem, qualis est Sichardus & *Baldus*, sed ipsos hujus legis fundamentalis conditores respicere oportet, quorum sensa mox proponemus, (5.) Hoc argumentum sua sponte corruit, modo attendere velimus, quod in capitulatione praescribenda non praesentis modo, sed etiam futuri status ratio habeatur. (6.) Frustra est, quod afferunt, juramentum minime extendi ad non cogitata, cum ipsa capitulationis inspectio unumquemque edocere possit, Electores non solum in casibus ordinariis, sed etiam fortuitis & inopinatis regulam Imperatori commendasse. (7.) Neque est quod obscuritatem capitulationis urgeant, cum in iis locis, quae obscura sunt, recurrendum sit ad Collegium Electorale, cujus est interpretatio, quemadmodum aperte profitetur Elector Saxoniae, in litteris ad Moguntinum *an. 1623. d. 23. Febr.* datis. (*b*) Quae cum manifesta sint, simul corruunt, quae patroni adversae sententiae argumento octavo & nono in medium attule-

 tule-

(*z*) *de Statu imperii in praefat. p. 10.*

(*a*) Hieron. Cuchalion. *in Addit. ad Philip. Decium de R. J. ad l. 12. in pr.*

(*b*) Limnaeus *in Jur. publ. l. 3. c. 9. n. 15.*

tulerunt. E contrario multa sunt, eaque robustissima argumenta, quibus verior & tranquillitati imperii ejusque securitati proximior hypothesis, quæ vult, ut casus necessitatis Imperatorem minime absolvat, possit communiri. Non opus est singula heic coacervare, unum alterumve sufficiat. Pacta nimirum sunt stricti juris, & strictam recipiunt interpretationem, ac in illis nihil, nisi quod diserte verbis comprehensum aut expressum est, actum intelligitur. (c) Præcipue autem capitulationes stricti, imo strictissimi esse juris, ipsarum serenissimi conditores, Elector Saxoniæ (d) & Elector Brandenburgicus (e) evicerunt. Mirifice hæc per ea confirmantur, quæ in Conventu Electoralis Collegii Ratisponæ an. 1630. Electores eorumque legati, super capitulationis articulis omni casu & tempore inviolabilibus, declararunt. Ita enim in responso *die 12. Augusti* exarato ad Imperatorem legitur: Weniger lassen sich die vergangene Versetz- und Vergebung der Reichs-nahmhaffter Lehn, mit einiger *necessi*tät oder andern Ursachen behaupten, sondern bleibet bey einem so wohl als andern klarer und bedingter *Dispoſition*, Königl. *capitulation* und des H. Reichs Recht, so lange ein anders beym Chur-Fürstl. *Collegio* nicht ausbracht, und erlanget wird, in seinem Stand und *diſpoſition* allerdings bevor und unbegeben. Huc etiam quam maxime faciunt litteræ Ordinum Evangelicorum Lipsiæ congregatorum *anno MDCXXXI. d. 18. Mart.* ad Augustum datæ, in verb. und ob wohl solches alles mit den *prætendir*ten *casu necessitatis excuſi*rt werden will, so ist doch Kayserl. Majest. allergnädigst wissende, auch jüngsten zu Regenspurg von denen sämmtl. Chur-Fürsten ausgeführt, daß die Reichs-*Conſtitutiones* durch keine Noth und Gefahr, sie sey auch immer so groß als sie will, nicht überschritten werden solle; sie seynd

(c) *DD, in L. quicquid. 99. ff. de V. O.* Wesenbeccius *in ff. ad tit. de pactis n. 10.*

(d) *l. c.*

(e) vid. Protocollum convent. Ratisponens. *d. an. 1623. d. 18. Febr.* quod exhibet *Tom. I. Theatr. Europ.*

seynd *plane immotæ* und eine Richtschnur darnach Chur-Fürsten und Stände des Reiches regirt werden sollen. (*f*) Gemina his sunt alia quæ Limnæos (*g*) adducit. Maximum vero momentum in re gravissima affert articulus ille, qui sub finem capitulationis Maximiliani II. omniumque sequentium Imperatorum (*h*) reperitur. Inmaßen wir daß mit leibl. Eyd zu GOtt und dem Heil. Evangelio geschwohren, dasselbe stet, vest und unverbrochen zu halten, darwieder nicht zu seyn, zu thun, noch zu schaffen daß gethan werde, in einige Weiß und Wege, wie die möchten erdacht werden, uns auch darwieder einige Behuff oder Ausnahme, *dispensationes*, *absolutiones*, Geist- oder weltliche Rechten, wie das Nahmen haben mag, nicht zu statten kommen sollen. Eadem tanti visa sunt invictissimo nostro Josepho, ut in literis, quas vocant, reversalibus illa repeteret, mutatis paulisper hunc in modum verbis. Wir versprechen abermahls in Krafft dieses Brieffes, bey unsern Kayserl. Ehren, Würden und Worten, in Nahmen der ewigen Wahrheit, und bey Wiederhohlung des von uns zu GOtt und dem H. Evangelio geschwohrnen leibl. Eydes, alles und iedes, was in unserer Wahl-*Capitulation* ausgedrucket stehet, fest-unverbrüchlich zu halten, dem treulich nachzukommen, darwieder nicht zu seyn, zu thun noch schaffen daß gethan werde, darwieder auch keine Ausnahme, *Dispensation*en, *Absolution*en oder andere Guthaten, Geistl. oder weltl. Rechten auszusinnen, anzunehmen, oder zugebrauchen, in einige Weiß oder Wege, wie die möchten erdacht werden. (*i*)

§. XI. Equidem, quod ultro fatemur, vinculum hoc durissimum est, cui Imperatoris adstringitur potentia: sed Ferdinandus II. (*k*) qui sub necessitatis involucro adversus leges fundamentales impune grassari sustinuit, in causa fuit, quare Electores in

(*f*) vid. Theatr. Europ. *Tom. 2. p. 302.*
(*g*) *de Capitul. proleg. Sect. VIII.*
(*h*) vid. Mulden. *d. l. p. 133*
(*i*) conf. Lunigs Reichs-*Archiv. part. special. p. 830. seqq.*
(*k*) Conf. Theatr. Europ. *Tom. 3. p. 758.*

in subsequentibus capitulationibus de illis non solum nihil remitterent, sed eas magis magisque augerent. Vt adeo frivola sit Hispani hominis subtilitas, qua duritiem capitulationis Leopoldinæ emollire, aut potius omnium istius regiorem atque vim eludere voluit, ita scribens : *Leyo el Rey Leopoldo todos los articulos, en que imponiam severas leyes, los Electores, ad futuro Emperator, y duros grillos a su soberaina : y haciendo sele horrorosa tanta limitation, quedo su real, y generoso animo suspenso, pata la determination ; pero como su inteligente : Consejo le advirtio discreto, que no axaba la Mayestad un decreto appassionado, in ser ley lo que nose fundaba en la justicia, se sereno Leopoldo con la madura reflexion, que hizo, noser los Electores, los que hanian dictado tan severos articulos sino ser solo & residuo de la rabia Francesa, que viendo tan malograda su cabilosa negociacion, desaogaba su airada encono, concoattar la libertad al venidero Cesar. Docta y maturamente, a conse juban al Rey Leopoldo, los primeros Monciles de su Monarquia, y conse y o, nos dever atender a otro objecto, que al unico de la eleceion, y al logro de est a importante pretension. Erans las inteligencias, que componiam esta venerable, y experta Gerarquia todos sujetos consumados en el arte de aconsejar, y dirigir, un recto, justo, y politico govierno : Decretaron unanimes, que su Magestad admitiera gustoso las capitulaciones, fundatos en la madura consideracion, de no dar sospecha a los Electores, de disgustado, pues este era peligtoso pretexto, paralos Enemigos del Leopoldo : que sin duda, se assirian de qualquiera, aunque leverazon, para formar un montche de cabilosos repatos ; y quando no pudieran lograr, el romper tot almente las medidas, que el electoral colegio havia ya tomado ; a lo menos, las difeririam, con el aparente Zelo, de insinuar a los principes del imperio, se precau conasen, y asegurasen ; mejor de un pretendiente que antes de ascender al throno, dava ya indicios de no obedecer a las leyes de Imperio. Reparaban tambien que (teniendo los articulos algunas clausulas equivocas) se podian interpretar despues favorablemente, y datles aquel sentido mas conveniente, util, y favorable a la mente del Casar venidero, y al beneficio del imperio : Fuera de que el tiempo, los successos, las guerras, y demas accidentes, de que se conpone ecta ma-*

quina

quina volubre del universo, y de las Monarquias : daria ocasion oportuna, para desistir de lo decretado ; siendo pension da la cosas humanas, la fallibilidad caduca, y la mudanza continua. Ser el principal, y capital punto, el de la eleccion, de que absolutamente pendia el establecimiento, o reforma de la leyes, de viendo ser el Emperator prudente savio, y arbitro absoluto de la fortunas del govierno ; principalemente con la buena opinion, que se tenia de las elevadas prendas del Rey Leopoldo ; dotado de un genio tan natural a gouvernar benignamente sus Vasallos, que se podia esperar, que su suave, y dulce proceder obligaria a ellos, ya los Principes de imperio a condescender a todo lo que decretaria tan justo, y santo Dominante. Asentia y approbaba, tan acertados consejos, el Serenissimo Archiduque Guillelmo, Tio de la Mayestad de Leopoldo ; y como en la brevedade de la determinacion, consistia el anhelado logro de la eleccion : hizo participar brevemente el Rey a los Electores, que converia en guardar religiosamente los capitulos referidos ; considerandulos, dictados solamente para el bien del Imperio : y porque el curioso Lector, quede entera mente informado de su contenido los daremos a su noticia, lomas sucintament, que sera possible. (*l*)

Sensa verborum prolixiorum paucis huc redeunt. Obstupuisse Leopoldum, ubi capitulationem ab Electoribus sibi propositam perlegerit, ut de suscipiendo imperio valde anxius esset, atque anceps. Hæc cum animadverterent summi rerum suarum administri, nutantem principis animum uariis rationibus firmasse, scilicet decretum ex partium studio technisque Gallorum consutum, neque justitia suffultum, nullam constringere majestatem posse : Addebant, objectum electionis potissimum esse respiciendum, multosque articulos, qui perplexum alerent sensum, in favorem Cæsaris posse explicari. Cum vero rerum humanarum exitus plerumque sint obnoxii mutationibus, quas temporis bello aliisque fortunæ casibus debeant, facile quidpiam posse contingere, quo rescindi ea queant, unde vires Imperatoris in capitulatione nimium concisæ fuerint. Sapientem Imperatorem regiminis atque

(*l*) Conf. D. M. G. P. *in Vida de Leopoldo Tom. I. c. 3. p. 39.*

que fortunæ arbitrum esse, suaque pietate facile effecturum, ut ad istius splendorem oculi Statuum cœcutiant, ne statim ea pervideant, ubi quidquam in leges fundamentales fuerit admissum.

§. XII. Expositis itaque iis, quæ ad naturam Capitulationis curatius inspiciendam pertinere videbantur, methodi nostræ jubet ratio, ut pauca saltem de ipsius origine adjiciamus, atque sic capite sequenti, ubi ad Capitulationem perpetuam devenerimus, prolixiores esse queamus. Natales vero Capitulationum, quo referant eruditi, valde inter se contendunt; Nos facillime rem expediri putamus, si respicere velimus, quam vario sensu hæc vox capiatur. Quod si enim per illam qualecunque jusjurandum regium intelligamus, aut pactum cum subditis initum, dubium non est, longe majorem istius foræ ætatem, quam si tale pactum, quale supra definivimus, indicemus, quod Statui præsenti Reipublicæ nostræ convenit, atque inter Augustum atque Electores nomine singulorum Statuum initum, litterisque consignatur. Cui prior significatus volupe est, is veritati minime absona proferet, si adserere velit, capitulationis quandam speciem in ipsius Reipublicæ ortu viguisse. Germani enim per omnem seculorum memoriam ea afficiuntur laude, quod in tantum libertatis amantissimi fuerint, in quantum exhorruerint servitutem & imperia despotica. Inde & Seneca Germanos liberas gentes vocat, (*m*) & Josephus (*n*) pro libertate pugnaces: Imo omni fere tempore eam plenissime sui juris ac liberrimam fuisse, testatur Coccejus (*o*) Elegans, quoque de hac re locus reperitur apud Goldastum *in Dedicat. Tom. 3. Constit. imperial.*, ubi putat, quod Regibus apud Teutones infinita aut absoluta potestas nunquam fuerit, sed certis limitibus circumscripta. Sæpe equidem in patriæ suæ visceribus armorum legionumque Romanorum, nunquam vero, vel saltem nonnisi levi ex

(*m*) *lib. 2. de Ira.*

(*n*) *lib. 2. de bello Judaico.*

(*o*) *in Jur. publ. cap. 2. §. 13. p. 30.* Conf. Conring. *de finibus imperii. p. 3.*

ex parte & brevissimo tempore, imperii vim sensere. (*p*) Vnde *Florus* (*q*) non fuisse lacessitos, optat, Germanos, adjungens, *utinam vincere tanti non putassent.* Prudentissimus sane Historicorum Romanorum Cornelius Tacitus, quo antiquiorem scriptorem non habemus: *Neque Regibus,* inquit, (*r*) *Germanorum infinita aut libera potestas concessa & Duces exemplo potius quam imperio, si prompti, si conspicui, si ante aciem agant, admiratione præsunt.* Et alibi (*s*) ubi conciliorum describit rationem, *mox Rex aut Princeps,* ait, *audiuntur, auctoritate suadendi magis, quam jubendi potestate; si displicuit sententia, fremitu aspernantur, sin placeat, frameas concutiunt; ut non minus haberent in se juris multitudo, ac ipse in multitudinem.* Posterior ætas aliam prorsus faciem nequaquam induebat, ut sub ipsis Carolingis Regibus sua populo libertas fuerit relicta, quod clarum ex iis est, quæ præter alios Lehmannus (*t*) & Hottomannus (*u*) fide optimorum Historicorum tradunt. Ipse quoque Schilterus in Jure publico (*x*) ex Capitularibus Francorum pluribus deducit, fuisse pervetusti moris apud Francos, ut procerum communi suffragio succedendi modus definiretur, ac regendi jus temperaretur; Id quod etiam refert testimonium Juris provincialis Alemannici (*y*) & speculi Saxonici vetustatem illorum

D rum

(*p*) vide Lehman. *in Chron. Spirens. lib. 2. c. 4. p. 62. seqq. & l. 5. C. 17. p. 410.*

(*q*) *lib. 4. cap. 12.*

(*r*) *in Tr. de Moribus German. Cap. VII.*

(*s*) *C. XI. ibid.*

(*t*) *in Chron. Spirens. lib. 2. Cap. 3. p. 57. seq. & lib. 5. c. 17.*

(*u*) *Franco Gall. c. 6. 7. 12.* conf. Dn. Pachelb. a Gehag. Teutschen Reichs-Staats uhrkundl. Nachricht *in proœm. §. 10.* ubi ex Gregorio Turonensi *lib. 3. Cap. XI.* aliisque argumentis idem egregie probat.

(*x*) *lib. I. tit. 15. p. 163.* conf. Chron. Spirense *p. 64.*

(*y*) vid. Schilt. *d. l. p. 165.*

rum temporum attingentis (*z*) quando hoc *lib. 3. artic. 54.* hunc morem ita exprimit: Als man den König wehlet, so soll er dem Reiche Hulde thun, und schweren, daß er die Wahrheit sagen will, und alles unrecht brechen, und daß er des Reiches Gerechtigkeit beschirmen wolle, als best er könne oder möge. Addatur pro hoc argumento de Procerum, etiam sub ipso Carolo M. juribus, Aventinus *ad a. 773.* ubi ita: *Inter Reges Carolum & Desiderium erat non levis simultas. Diu tractatum deliberatumque est, armisne alienis se involverent Franci; Tandem communi consensu Procerum Romanis opem ferendam esse, decretum.* Alia hujus generis exhibet Conring. (*a*) Carolum M. namque absolute in Germania non regnasse, inter alia indicio esse videtur, quod testamentum suum (*b*) ordinibus approbandum obtulerit, ac subscribi ab iis curaverit. Neque minoris momenti sunt, quæ leguntur in Aventinianis & sic dictis Aimoinianis annotationibus: *In fine 838. & principio sequentis anni Proceres Francorum frequenter ad Cæsarem conveniunt, docent, se primaria membra, nempe conditores & authores imperii Francorum esse, non posse quemquam sine suo consensu rebus imponi; Rem sui judicii esse: Postremo petunt, atque jure suo postulant, ut cum filio* (Ludovico) *omnium optimo in gratiam redeat. &c.* Quod quoque confirmant capitulationes filiorum Ludovici Germanici inter se & cujusque cum sui regni Statibus initæ, in quibus se juramento obligarunt, *quod capitula progenitorum suorum de regno & Ecclesia conservandis tuendaque justitia observare, ordinum jura & privilegia confirmare, communique eorundem consilio regnum administrare velint.* (*c*) Quan-

(*z*) vid. Fabr. *Rerum memorab. Saxon lib. I. Art. 187.*

(*a*) *de Negot. Comit.* §. *83.* videatur Eginhardus in *vita Caroli M.* Abbas Stadensis *in Chron. A. 813.* & Aventinus *p. 246 & 252.*

(*b*) vid. Schurtzfleisch. *Dissert. de division. imperii Carolini th. 10.* Testamenti vero tenor adductus est, a beato Stryckio *in Tr. de Cautelis Testam.*

(*c*) conf. Dn. Schilt. *d. l. p. 163. seqq.* & Chron. Spirens. *L. 2. C. 4 p. 64.*

Quando rerum summa ad Saxonicam pervenit gentem, res gravioris momenti in publicis populi conventibus itidem sunt decisæ. (*d*) Vt pateat, neque tum temporis potestatem Cæsaris nullis plane fuisse limitibus circumscriptam. At subsequentibus seculis ea magis magisque fuit imminuta. In turbido sane Henrici IV. statu factum est, ut quando Pontificis astu Rudolphus Suevus, *paratus domino Papæ in omnibus obedire* (*e*) perjurii sibi notam inurere mallet, quam sceptrorum spem amittere, durissimis adstringeretur conditionibus, quas *Bruno* refert (*f*) Seculo XII. optimus Imperator Fridericus I. testatur, leges sibi præscriptas normam esse, ad quam imperium ipsi administrandum foret, ad limites illarum transeundi sibi nec voluntatem esse nec facultatem (*g*) Ottonis IV. promissa in electione Principibus facta & juramento confirmata, legimus in *Maibomii* Apologia pro ipso consarcinata, his admodum verbis: (*h*) *Otto IV. propria voluntate juramento firmavit imprimis sacrosanctæ romanæ ecclesiæ, deinde omnia ecclesiarum jura bona fide servare, & manu tenere, & subjectos imperii exhæredatos maxime & a suis possessionibus violenter ejectos in sua justitia pro posse juvare & conservare. Pravam illam consuetudinem insuper, quam Imperarores Antecessores sui in occupandis rebus, mobilibus, vel se moventibus decedentium Episcoporum vel Abbatum Principum hucusque servaverint, penitus exstirpans, nos ecclesiasticos Principes ex hac indebita vexatione regali benevolen-*

(*d*) conf. Wittekind. *Annal. Saxon. l.* 2. & Chron. Spirense *lib. V. cap.* 17. *p.* 470. *seqq.*

(*e*) Sunt verba Hugonis Flaviniac. Abb. *in Chron. Virdun.* conf. Dn. Vhlius *in d. Diss. de Method. Hildebr. p.* 25. & Otto Frisingensis *lib. I. de Gestis Friderici I. cap.* 7.

(*f*) *de Bello Saxon.* conf. Conring. *Annot. ad Lampad. p.* 3. *c.* 2.

(*g*) Conf. Epist. Ordinum ad Papam Hadrianum, cujus meminit Onuphrius Panvinius *lib. de Comit. imperii cap.* 7. Et Otto Frisingensis *lib.* 2. *c.* 2. *de Gestis Friderici & Chron. Spirens. lib.* 5. *c.* 58. *p* 509.

(*h*) *p.* 119. *Edit. Fol. Conf.* Matth. Paris. *ad an.* 1220.

volentia liberos dimisit, & decedentium bona successoribus suis servanda liberaliter statuit. (*i*) Neque dubium esse cuiquam poterit, Fridericum II. certis conditionibus fide juramenti se adstrinxisse, antequam diademate Germanorum cingeretur, modo responsum Papæ Sardinium repetenti datum (*k*) perlegere velit Successores quoque Friderici ab hoc vinculo neutiquam fuisse immunes, cum multa alia, tum imprimis Aureæ bullæ monumenta condocent.

§. XIII. Quodsi itaque quispiam sit, qui per Capitulationem intelligat qualecunque pactum inter summum Imperantem & Status in Republica nostra initum, sive scriptum illud sit, sive minus, sive jurata fide firmatum, sive non, is profecto nos non admodum repugnantes habebit, ubi ad ultimam gentis nostræ memoriam capitulationum proferat originem. Sin autem eo sensu, quem supra §. IV. descripsimus, hanc vocem capiat, profecto suffragia nostra minime extorquebit. Firmiter enim persuasum nobis est, hoc modo nos ultra Caroli V. ætatem temere non posse progredi. Sub hoc enim patres patriæ, gravissimis inducti rationibus, graviora fata Germaniæ veriti, prudenter statuerunt, circumscribendos esse juveniles altosque spiritus, quos symbolum ipsius: *Plus ultra!* satis arguebat, nequis potentia viribusque Hispaniarum & Indiarum nixa abuteretur ad jura Ordinum infringenda, (*l*) & ut vis novi Cæsaris quibusdam conditionibus juramento adstringeretur, ne postea impune posset in libertatem patriæ grassari; Auctorem consilii Fridericum Saxoniæ Electorem, sapientis cognomine clarum,

(*i*) Exhibet illud Sigon. *Hist. Ital. l. 18.*

(*k*) conf. Lehmannus in Chron. Spirens. *lib. 5. c. 75. p. 576.* ubi ex Gothofredo Monacho in Chronic. sequentia observat: Rex primo, dein cæteri Principes jurant, firmam pacem terra marique servandam, omnes injustas exactiones vectigalium deponendas, omnia etiam jura a Carolo M. instituta observanda & tenenda.

(*l*) vide Monzamb. *Cap. 5. §. 1 p. 211.* plenius autem apud Sleidanum *in Orat. Mogunt.* & Goldastum *l. 1. Polit. imper. l. 7.* rationes consignantur.

rum, scriptores produnt. (*m*) Qua sane ratione effecit, ut una opera, & prudentiam & solicitudinem atque officium, omnibus imperii ordinibus mirifice probaret. Longum nunc foret singula percensere, quæ in emolumentum Reipublicæ tum fuere gesta, quave ratione & Gallorum malefida vicinia, & Hispanorum tremenda potentia fuerit elusa. Sed adeat, quem aliqua hujus cura tangit, scriptores paulo ante commemoratos. Neque vero nunc juvat singula *capita* pactionis hujus, quam nomine pragmatico *Capitulationis* sæpius adpellavimus, percurrere; Vno obtutu perlegi possunt apud diligentissimum *Limnæum*, qui Capitulationes Imperatorum & Regum Romano-Germanorum Caroli V, Ferdinandi I, Maximiliani II, Rudolphi II, Matthiæ, Ferdinandi II, atque Ferdinandi III, edidit, easque annotationibus egregiis illustravit. Capitulationes vero gloriosissimi Leopoldi atque invictissimi Josephi nostri, quem Deus Ter optimus Maximus quam diutissime *superstitem* esse jubeat, si quis consulere velit, adeat, ne cæteros commemoremus, *Lunigium* (*n*) recentissimum actorum publicorum collectorum. Hæc sufficiant in genere de Capitulatione, ipsiusque origine protulisse, ea, quæ ad Capitulationem perpetuam attinent, mox Capite sequenti pertractabimus.

CAPVT II.

DE CAPITVLATIONE PERPETVA.

§. I.

ANimus est, quæpiam de Capitulatione perpetua nunc curatius tradere; Agemus itaque tum de ipsius natura, tum de ejus origine

(*m*) Sleidan. *Comment. de Statu relig.* aliique, quos Christian. Eberhardus collegit. Addatur Schurtzfleisch. *in Disp. de Friderico III. sap. Elect. Saxon.*

(*n*) in dem Teutschen Reichs-*Archiv*.

rigine atque incrementis, denique sub finem ipsum exemplar, quousque ex Comitiis Ratisponensibus illius copia nobis facta est, subjungemus.

§. II. Quod si quis descriptionem capitulationis perpetuæ expetat, illi morem gerere non adeo in promptu est, nisi mentem Electorum atque Principum sejungere liceat. Illis enim capitulatio perpetua nihil aliud esse videtur, quam formula pactionis secundum monita ordinum imperii concepta, & statui Germaniæ attemperata, cui novus Imperator juramento, salutis publicæ causa, adstringatur, ita tamen, ut Electoribus jus adcapitulandi semper integrum maneat. At ex mente Principum capitulatio perpetua, formula pactionis esse videtur, certa atque constans, ex præscripto non Electorum modo, sed & reliquorum imperii Ordinum concepta, & statui Germaniæ attemperata, cui novus Imperator ab Electoribus juramento adstringatur, ita quidem, ut hæc formula nunquam, nisi ex communi consilio Ordinum imperii atque concursu, mutari possit. Hoc modo generalibus hanc vocem terminis inclusimus, ut in neminem simus injurii, quod facile iis continget, qui una eademque descriptione istam complecti volunt. Sunt tamen in utraque subinde quæpiam verba, quæ forsan clariorem lucem postulant, ne in tenebrarum situ atque squalore relicta, Lectoris oculos vel plane non feriant, vel saltim obnubilent. Hinc paucis conabimur ea pro viribus explicare.

§. III. Sub initium statim capitulationem, de qua agimus, vocamus PERPETVAM. Ancipiti hoc vocabulum sensu premitur, unde nonnullam litigiis ansam præbuit. Fuerunt enim, (o) qui sibi persuaderent, per capitulationem perpetuam innui talem formulam, quæ omnis mutationis & variationis foret expers. Vtque majorem dictis conciliarent fidem, ad articulum VIII. pacis Westphalicæ provocant, in cujus §. 3. hæc legas: *Habeantur Comitia imperii infra sex menses a dato ratificatæ pacis, postea vero*

(o) Quo etiam inclinare videtur Rachelius *in Dissert. de Capit. Cæsar. c. 5. §. 16. aliique.*

vero quoties id publica utilitas aut necessitas postulaverit. In proximis vero Comitiis emendentur imprimis anteriorum Conventuum defectus, ac tum quoque de electione Romanorum Regum, CERTA CONSTANTIQUE CAESAREA CAPITULATIONE CONCIPIENDA. &c. In actis publicis idiomate patrio exaratis vocatur: Die beständige gewisse, it. Die perpetuirliche Kayserliche Wahl-Capitulation &c. *Verum enim vero*, quod de legibus olim Fridericus I. *Augustus (p)* adseruit, quod tempori atque loco accommodatæ esse debeant, id huc quam rectissime applicaveris. Manifestam sane imprudentiæ notam sibi inurerent Imperii Status, ubi perpetua capitulatione talem indigitare formulam vellent, quæ immutabilis plane esset, & omni tempore Reipublicæ nostræ inserviret. Quæso enim TE, quot mutationibus patria nostra, ne cætera regna commemoremus, fuit exposita? Si quis enim unam ipsius eandemque *faciem* sub Ottonibus, Henrico IV, Interregno, *Carolo IV, Maximiliano* I, Carolo V, Ferdinando II, atque Successoribus ejus sibi fingere velit, næ illum rudem esse oportet atque ignarum earum rerum omnium, quæ omnium sermonibus atque scriptis celebrantur. Parum igitur abest, quin cum acutissimo *Titio (q)* statuamus, formulam capitulationis perpetuam, certam, constantem ac immutabilem, quæ omnibus temporibus conveniat, conceptu esse impossibilem, eam vero, quæ temporibus repugnet, inutilem & noxiam. Quis vero vel per somnium putaverit, Status imperii tam amentes tamque vecordes esse, ut tantis conatibus, tantaque animorum, constantia dicam, an collisione, rem expetant, quæ ipsorum universæque forte posteritatis jugulum petat? Lepide itaque, licet jocose dicta videntur, quæ Vir anonymus *in ominosa rerum serie (r)* adducit, dum *Divinæ*, inquit, *solum*

(p) vid. Radevic. *lib. 2. c. 3.* & Lehmanni *Chron. Spirens. lib. V. Cap. 59. p. 515.*

(q) *in Annot. ad Vindic. pro Vitriar. Conf. ipsius specimen J. P. & Not. in Monzamb.*

(r) *in Specim. V. p. 14. seqq.*

ſolum providentiæ eſt, providere futuris, quæ ſeculorum lapſu mira varietate variari ſolent. Non omnibus una capitulationis forma cothurni inſtar accommodari poteſt. Et paulo poſt; *Quis tam exorbitantis ingenii unquam extitit, qui univerſam poſteritatem poſt ſecula quoque venturam, uno eodemque veſtimento, tam feriatis, quam profeſtis, tam nuptialibus, quam funereis diebus, hyberno & æſtivo, pluvioſo & ſereno cœlo, tam toga, quam ſaga, perpetuo amiciendam curaverit, ne quidem proceritatis aut parvitatis, nec macoris vel corpulentiæ ſingularum gnarus? &c.* (s) Alium itaque ſenſum eſſe oportet quem vox perpetuæ capitulationis alit; ſcilicet poteſt eſſe capitulatio perpetua conſtans atque certa, ratione perſonarum concipientium, ita quidem, ut nunquam Electores ſoli, ſed ſemper conjunctis reliquis Reipublicæ ordinibus, eam vel concipiant, vel ſaltim, quando ſaluti publicæ neceſſarium videbitur, in quibusdam immutent; Dein eadem Ipſi nomina ex hoc capite imponere licebit, quod dubius imperii Status, qui velut inter incertitudinem atque inconſtantiam fluctuare videbatur, inde firmetur. Hoc certo ex controverſiis, quæ hactenus materiam capitulationis exercuerunt, manifeſte colligere licet. Ne enim nunc alia adferam, nemo Statuum hoc in diſcrimen unquam vocavit, utrum urgente aliquando neceſſitate quidquam capitulationi perpetuæ addi debeat, ſed de hoc tantum diſceptatur, cui jus adcapitulandi competat, num ſolis Electoribus, an vero univerſis ordinibus junctim ſumtis? (t) Clarior his lux adfulgebit, quando infra de origine capitulationis perpetuæ, hiſtoriam controverſiæ inter Electores atque Principes agitatæ, uberius exponendi occaſio ſeſe offeret.

§. IV. Dicitur amplius in deſcriptione, quod ſit *formula pactionis* &c. Malumus *pactionis* vocem quam *legis* adhibere, ob rationes

(s) Hinc Seneca *Epiſt.* 71. ita dicit: Nihil mutationis periculo exceptum; non terra, non cœlum, non totus hic omnium rerum contextus, quamvis Deo agente ducatur, non ſemper tenebit hunc ordinem, ſed illum ex hoc curſu dies aliquis dejiciet.

(t) conf. Pfeffing. *in notis ad Vitr. & Auctor.*

tiones in capite primo adductas. Neque enim videmus, quare Capitulationi legis proprie ita dictæ nomen imponi possit, cum Imperii ordines non sint superiores electo, neque antequam electus consentiat, obligatio moralis adsit, qua ille per vim constringi possit, sed liberum illi utique relinquitur, vel repudiare vel admittere electionem.

§. V. Adseritur porro, quod capitulatio perpetua *esse concepta debeat, juxta monita ordinum imperii & Statui Germaniæ attemperata &c.* Prolixus equidem hic campus foret, eorum discutere opiniones, qui de origine Electorum scripserunt. (*u*) Sunt enim qui ad Ottonem III. eam referunt. (*x*) Aliis ultra Ottonis IV ætatem vix progredientibus. (*y*) Alii in Friderico II. subsistunt. (*z*) Rursus sunt, qui Carolum IV. auctorem faciunt. (*a*) Quidam Papis honorem vindicare student, neque hi inter se conveniunt omnes, dum quidam (*b*) Gregorium V. nominant, alii (*c*)

E malunt

(*u*) conf. Thulemarius *de Octaviratu* & Conring. *de Septem-Vir. §. 23 seqq.*

(*x*) Quorum authores in elencho recenset Tolner. *in Hist. Palat. Cap. 9. p. 330.* Longe adhuc ultra ascendit Dn. Pachhelbel a Gehag. *in diss. de Electoribus*, qui ubi saltim in Historiarum monumentis deprehenditur vocabulum: *elegit*, Electores hoc denotare autumat.

(*y*) Recenset eam Goldastus *T. 3. Const. Imper.* addit tamen ipse in Reichs-Händeln *p. 16.* Ist ein Gedicht rc. conf. eundem *lib. 3. Bohemiæ c. 5. §. 9.*

(*z*) Fautores hujus sententiæ habentur apud Pfeffing. *ad Vitr.* & Schweder. *in J. P. p. 699.*

(*a*) Statuit ita Beutherus *in Animadv. historiæ C. 13.* sed repetitæ toties in A. B. consuetudinis & confirmat. formulæ contrarium facile arguunt.

(*b*) Hoc nomine venit Thomas Anglicus *lib. 3. de regimine Principum c. 19.*

(*c*) Conjectura est Onuphrii Panvinii *cap. IX. de Comitiis imperii.*

malunt Gregorium X, ſed quantis ſingulæ opiniones difficultatibus premantur, ex auctore jam citato Thulemario conſtat. Illud certum eſt, atque clariſſima temporum luce, hiſtoriarum nempe monumentis evincitur, ab incunabulis noſtræ Reipublicæ jus non Electoribus, ſed univerſis patriæ ordinibus competiiſſe, id quod iis manifeſtum eſt, qui annalium fontes conſulere poſſunt. (*d*) Neque quis in dubium vocaverit facile, electionem fuiſſe Satibus communem, usque dum Fridericus II. e vivis excederet, & ad Rudolphum I. faſces Imperatorii pervenirent, (*e*) ſed tum ſenſim conſuetudo irrepſiſſe videtur, ut ſibi ſolis jus eligendi Principes numero pauci, opum magnitudine tamen pollentes, adſererent. (*f*) Hinc poſtea κατ' ἐξοχὴν Electores vocati. Probe hoc obſervat Louis

(*d*) Conf. Lehman. *Chron. Spirenſ.* Kulpiſ. *in Notis ad Monzamb. p. 2. p. 18.*, qui diſtinguit inter electionem & inaugurationem: Illam quidem omnium Principum, hanc autem jam antiquitus Archiofficialium fuiſſe, & priorem quoque tandem ad ſe traxiſſe & abſorpſiſſe: Teſtimonium hujus rei habes apud Albertum Stadenſem, *ad an. 1240.* Papa Gregorius, inquit, inſolentias Imperatorum contra Eccleſiam metuens, Principes ſuper alterius electione ſollicitavit, ſed nihil profecit Quia quidam Principum (Officiales iſti) reſcripſerunt: Non eſſe ſui juris Imperatorem ſubſtituere, ſed tantum electum a Principibus coronare, electio enim ad ipſos dignoſcitur pertinere. vide etiam Ottonem Friſingen. *6. Chron. 27. & c. ſeqq. ad an. 1025.* ubi ſemper dicitur, *ab omnibus electus.* Idem confirmant Sigebertus, Aventinus &c.

(*e*) conf. Schilterus *in Jure publico P. I. tit. XIV. p. 146.* Ejusdemque *Commentarius ad Codicem Juris Allemannici Feud. c 8. §. 3. p. 91. ad 95.* & Leibnitz. *in Codice Juris Gentium Diplomatico in Prodromo Dipl. XIII. p. 12.* qui epiſtolam Pontificis Alexandri IV. de electione Conradi adducit, in qua antiquiſſima Electorum mentio fit. it. Fabri Staats-Canzeley *Tom. II. p. 706.*

(*f*) vide Monzamb. *C. 4. §. 2 p. 188 ſeqq.*

Louis du May *dans l' Estat de l' Empire* (*g*) ubi ita dicit: *l' empire estant devenu electiff, tous les Princes, tant seculiers qu' ecclesiastices, les seigneurs & les Prelats & en un mots tous les Estats de l' Empire acquirent le pouvoir de creér les Empereurs. Par succession de tems, les moindres furent exclus de ce droit, & enfin la confusion, qui naisoit de ce grand nombre d' Electeurs, fit trouver bon de le reduire à peu. Alors ceux, qui possedoient les charges eminentes a la Cour Imperiale, en exclurent tous les autres; & l' Empereur Charles IV. les confirma dans la possession de ce droit, par le reglement, qu' il en fit, l' an 1356. en son Ordonnance, appelée la Bulle d' Or.* Quantum inde pristina rerum conditio sit mutata, querelæ cæterorum Principum probant, verentium, ne Respublica nostra tandem in Obligarchiam desinat. Quando enim non solo eligendi jure contenti, ab ætate Caroli V. facultatem capitulandi sibi sumpsere, varia hinc suo Ordini damna Principes metuebant, & publice de rei iniquitate jam post Rudolphi II. obitum conquerebantur. Hinc instrumento pacis Westphalicæ ipsorum ita rationibus prospicebatur, ut sanciretur, novam, sed perpetuam, sed certam atque constantem capitulationem communi statuum consensu conficiendam. Quoties vero negotium hoc, sed irrito prorsus conatu, insecutis temporibus, fuerit tentatum, postea condocebimus. Ægerrime saltem Principes tulere, ubi rationes eorum ad capitulationes Leopoldi gloriosissimæ memoriæ, atque invictissimi Josephi nostri congestæ & Moguntino traditæ, ab Electoribus minus attendebantur. Neque illud sine stomacho admittebant, sua suffragia nudo monitorum nomine denotari, quæ vel inserere capitulationi, vel plane rejicere perinde esset. Hinc factum, ut protestatione sibi caverent, nec sub alia conditione utramque reciperent capitulationem, quam ea, qua nihil ibi decretum fuisset, quod cum constitutionibus patriæ, ipsorum cogitatis atque instrumento pacis pugnaret. (*h*)

(*g*) *Dialogue 2. Part. I. p. 68.* Conf. Teutscher Reichs-Staat *Part. I. p. 425. seqq.*

(*h*) Auctor. der Grund-Veste des H. R. R. *P. III. c. 3.* Lam-

Cætera universa sanctionis hujus pragmaticæ capita statui Germaniæ attemperata esse debent, alioqui finis ipsius, qui salutem patriæ respicit, neutiquam obtineretur. Cum autem forma Reipublicæ Oligarchiam non admittat, in promptu est, quare Principes quovis modo rebus suis consulere necessum habeant.

§. VI. In descriptione capitulationis perpetuæ amplius observavimus, quod electus *Imperator juramento ipsi adstringatur.* Nova inde confirmatio initæ inter Imperatorem atque Electores pactionis accedit. Iuramentum autem illud cum reliquis capitulationibus procul dubio erit commune, quod ita se habebat: Wir versprechen, daß wir denen Articulen stät und getreulich nachkommen, und solche halten wollen, auch sonsten alles das thun, was uns als Römischen König (erwehlten Römischen Kayser) gebührt, als uns GOtt helffe und seine Heiligen, (heilig Evangelium). (i) In hunc aut similem fere modum concipitur ab Electoribus juramentum, quod dein ab ipso Imperatore non verbaliter tantum aut in litteris præstatur, sed corporaliter, ut loqui amant, hoc est, vel elevatis digitis prioribus manus dextræ, vel impositis Evangeliorum codici. Equidem novimus, tempore Caroli V. mandatarios advenisse, qui capitulationem nomine electi acceptare atque ratihabere debebant; sed & constat, ipsum Imperatorem, quam primum advenisset, juramento solenni fuisse obligatum. Publice illud non fit, sed in conclavi quopiam, quale est Sacrarium ecclesiæ S. Bartholomæi Francofurti, vel regulariter Sacristia Aquisgranensis ecclesiæ &c. ex Aureæ Bullæ *c. 28.* constitutione, a qua ut recederet, adduci non potuit Carolus V, in Imperatorem coronandus: cum enim de peste Aquisgrani nonnihil grassante admoneretur, respondit: *Se constanter decrevisse, nullibi nisi in antiqua Carolorum*

pad. *in polit.* Reichs-Händeln, *p. 14. seqq.* Conf. seqq. in quibus origo controversiæ plenius tractatur.

(i) Goldast. *P. II.* Reichs-Satzungen *p. 186. & p. IV. p. 613.* conf. Muldeneri *Capit. harmon. p. 133.* & Teutschen Reichs-Staat *T. I. p. 117.* it. Europ. Herold. *p. 56. seqq.*

rolorum sede Regni diadema assumere. (*k*) Fieri autem hæc omnia debent, antequam electus imperii negotia administret: unde alieno a Romanis fruimur more, apud quos summæ rerum præerant, quamprimum ipsis fuerint delatæ, etiamsi intra quinque dies proximos juramenti demum vinculo se constringerent. De juramento a Josepho præstito *Sigismundus Ferrarius* (*l*) observat, sequentes ipsi quæstiones fuisse propositas, (1.) *Vis sanctam fidem catholicam & Apostolicam tenere & operibus justis servare?* (2.) *Vis sanctis ecclesiis ecclesiarumque ministris fidelis esse tutor & defensor?* (*m*) (3.) *Vis regnum Tibi a Deo commissum, secundum justitiam prædecessorum Tuorum regere, & efficaciter defendere?* (4.) *Vis jura regni & imperii bona ejusdem injuste dispersa recuperare & conservare & fideliter in usus regni & imperii dispensare?* (5.) *Vis pauperum & divitum, viduarum & orphanorum apertus esse judex & pius defensor?* (6.) *Vis sanctissimo in Christo patri ac Domino, Romano Pontifici & sanctæ ecclesiæ, fidem reverenter exhibere?* (*n*) Omnibus atque singulis hisce quæstionibus clara voce propositis, eadem respondit Josephus, professus etiam se *velle* omnia observare. Hoc ubi factum propius ad altare accessit, & corporale juramentum præstitit, sequentibus admodum verbis prolatis: *Omnia promissa, in quantum divino fultus fuero adjutorio, fideliter adimplebo, sic me Deus adjuvet, & sancta Dei evangelia.* (*o*)

 §. VII.

(*k*) *Recess. Imper. Worm. an. 1521.* præf. Ratio arcana forte erat, quo Carolus V. ostenderet, se verum esse Germanum & ceremoniarum gentis usque ad minutias observantissimum. Dn. Thomas. *in J. P. MSto.*

(*l*) *in Historia coron. Joseph.* conf. Teutschen Reichs-Staat *P. I. Cap. 5. §. X p. 125.*

(*m*) De juramento Ferdinandi IV. vide Londorp. *lib. 6. Contin. Act publ. ad. an. 1653. p. 45.*

(*n*) Olim etiam adhitam fuisse formulam: *Num Romano Pontifici debitam subjectionem exhibere velit*, testatur Vitriarius *in J. P. l. 1. t. 8. p. 263.*

(*o*) Olim adhibebatur clausula: Als mir GOtt helffe und alle

§. VII. Sub finem denique in descriptione capitulationis perpetuæ sequentia adduntur verba: *Ita tamen, ut Electoribus jus adcapitulandi semper integrum maneat.* Vnde docemur, Electores equidem in hoc cum Principibus consentire, ut capitulatio certa ac constans juxta tenorem pacis Westphalicæ conficiatur, jus tamen subinde quæpiam huic capitulationi adjiciendi, si ita patriæ necessitas postulet, sibi solis vindicare. Dici non potest, quantum hæc res turbarum per dimidium, & quod excurrit, seculum concitaverit. Cum enim capitulatio rationem sanctionis pragmaticæ in imperio habeat, omnis autem sanctio pragmatica vi pacis Westphalicæ ex communi statuum suffragio erigi debeat, caussam se habere Principes arbitrabantur, quare hoc jus adcapitulandi Electoribus in dubium vocarent. Quodsi vero aliquid addendum foret, in Comitiis hac super re esse deliberandum & tandem inferendum formulæ, quod e re patriæ singuli ordines, neutiquam vero Electores soli, judicaverint. Electores connivere heic videbantur, adeo de suo jure remittentes, ut illud, quod necessitate ita flagitante capitulationi perpetuæ adjecissent, in proximis Comitiis communi statuum judicio se subjecturos promitterent. Id quod clarius patebit, ubi mox inferius originem controversiæ tredemus.

§. VIII. Hoc modo iis, quæ in descriptione capitulationis ex mente Electorum conceptæ, obscura videbantur, lucem affundere sumus conati: sed eadem sufficiunt, ad intelligendam capitulationem, qualem ex mente Principum conscripsimus. Vnum adhuc esse notandum arbitramur, quando vocem *ex præscripto* adhibuimus, id de industria a nobis factum, ut indicaremus, Principes ad capitulationem non nuda monita, sed suffragia adferre velle. (*p*) Existimant enim, aliter finem articuli VIII. Instrumenti pacis

Heiligen: Hodie tamen alteram usitatiorem esse testatur Pfeffing. *in Not. ad Vitr. Europ.* Herold *p. 56.* & Louis du May *l' Estat de l' Empire T. 2. Dialog. XI. p. 210. seqq.*

(*p*) conf. Grund-Veste des H. R. Reichs *P. III. c. 3.*

pacis Osnabrugensis vix obtineri posse, qni eo tendit, ut Electorum nimia potestas in capitulatione formanda, in cæterorum damnum atque injuriam sumta, certo capitulationis æternoque tenore compescatur, ne jura statuum ambiguis semper perpetuisque fluctibus agitari necessum sit, quemadmodum est *Pfanneri* Historia (*q*) luculentius discere quilibet potest, clariora etiam omnia evadent, ubi quispiam sequentia attente perlustrare velit.

§. IX. Postquam ea quæ ad naturam capitulationis perpetuæ explicandam pertinent, hactenus pro instituti ratione pertractavimus, ordo requirit, ut originem quoque ipsius evolvamus. Prolixum foret, ad ultima retrocedere tempora, quibus eligendi Imperatorem facultas omnibus imperii statibus ex æquo competebat. In ea nunc subsistere meta juvabit, ubi Principes animadvertere videbantur, statum Reipublicæ in Oligarchiam tandem desiturum, si diutius Electoribus in capitulatione quidvis pro arbitrio agendi licentia relinqueretur. Hinc jam sub Rudolpho II. queri cœpere, jura statuum convelli, dum ad paucos revocetur quod omnium est, quandoquidem vetera pacta conventa, quibus Imperatorum potestas circumscribatur, consilio statuum inita sint. Præcipue autem temporibus Matthiæ Cæsaris jus capitulationis concipiendæ, quod ex usu hactenus Electores sibi vindicaverant, a Principibus in dubium vocatum. (*r*) Recrudescere vulnus cœpit, quando Ferdinandus II rerum summam magis magisque ad Electores solos pertrahere videbatur, ut felicius votis potiretur. Certe quousque habenas rexit imperii, legas quidem, Electorum fuisse conventus frequenter habitos, at de comitiis ordinum altum pene est silentium. Hoc vero ex arcanis profluere politicis arbitrabantur Principes, ut facilius consequeretur, quod alta secum mente

(*q*) *l. 3. n. 35.* conf. Auctor genuini sensus articuli VIII. Instrumenti pacis, libello Gallico, *Lettre d' un desinteressè* & Forstenerius *de suprematu Principum Germaniæ p. 172. seqq.*

(*r*) Londorp. *Act. publ. Tom. I p. 103.* Forstenerius *de Jure suprematus c. 38. p. 172.*

mente repoſtum erat, proferre nimirum limites Cæſareæ poteſtatis nimium hactenus coarctatæ. Ad nutum enim ipſius eccleſiaſtici Electores ſuffragia ferebant, quibus ubi Bavarus calculum addebat, numero Ferdinandus vincebat. Hiſce artibus factum, ut in anceps diſcrimen libertas fuerit patriæ adducta, unde eluctari vix fuiſſet datum, niſi fortiſſimi Suecorum Regis, Guſtavi Adolphi, armis, intra limites, unde egreſſi erant, impetus Cæſaris eſſent repulſi. Equidem Ferdinandus III. malo inveterato adhibere voluit medicinam, quando majorum more iterum comitia ordinum indixit; At tantum abeſt, ut querelis ipſorum juſtus ſtatueretur modus, ut potius anno 1646. gravamen Monaſterii exhiberent, in quo graves timoris ſui rationes præ ſe ferbant, (s) Qua quidem re id profecerunt, ut in ipſo pacis inſecutæ Weſtphalicæ inſtrumento Principum juribus proſpiceretur, eventu quamvis parum fauſto. Remittebatur enim totum hoc capitulationis perpetuæ negotium, articulo octavo commemoratæ pacis, ad futura comitia, unde nova litigiorum occaſio ſuppeditabatur. (t) Equidem an. 1653. celebrabantur comitia, ubi quæſtio hæc agitabatur; ſed nihil efficiebatur aliud, quam ut Electores denuo majori robore ſua jura irent ſtabilitum, adeo quidem, ut Ferdinandum IV. imperii ſceptris admoturi Auguſtam ſecedere mallent, ne Principes ſe huic negotio immiſcerent, quorum capitula monitorum quidem, neutiquam vero ſuffragiorum, habere rationem voluere. Eadem Electores in capitulatione Leopoldi an. 1658. præſcripta tentabant, unde poſt tot adverſa, quibus ordines premebantur, fata, nihil relinquebatur, quam ut contradictione, quam proteſtationem vocant, repetita, ſua jura ſarta eſſe atque tecta juberent, negantes interim ſe Leopoldinam capitulationem pro lege fundamentali habitu-

(s) Theatr. Europ. *Tom. V. p. 1052.* conf. Londorp. *Act. publ. Tom. V. lib. II. c. 115. p. 1055*, & Pfanneri *Hiſt. pacis lib. 3. p. 276.*

(t) vide Grund-Veſte des H. R. Reichs *P. III. C. III. p. 181.* & Bedencken über dieſelbe *p. 34.*

bituros, quamdiu contra Westphalicæ pacis tenorem ageretur. (u)

§. X. Consopita quodammodo hæc controversia videbatur, ubi an. 1663. in comitiis vehementiori denuo impetu erumperet. Cum enim res Austriacorum in Hungaria progressibus Turcarum longe impares essent, auxilia circumspiciebant, quæ ab imperio eis mitterentur; Arripiebant hanc occasionem ordines, minimasque denegabant suppetias nisi in comitiis de capitulatione, alternis cum defensione imperii vicibus, ageretur, de quibus Protocollum hujus anni ita loquitur: Demnach auf der Kayserl. Majest. auf allhiesigen Reichs-Tag beschehenes allergnädigstes Begehren, einige Chur-Fürsten und Stände deroselben eine Volck-Hülffe wieder den Erb-Feind, iedoch mit gewissen Bedingungen, zuzuschicken sich erkläret haben, als werden dieselbe also vorgestellet: (1.) Wollen höchst-gedachte Stände zu dieser Volck-Hülffe alsdenn verbunden seyn, daferne auch die andern beyden Puncten der Kayserl. proposition, insonderheit aber die jura statuum cum perpet. capit. würcklich vorgenommen, und nachdrücklich deliberirt, auch ehe dieselbe ausgemacht, der Reichs-Tag nicht dissolvirt werde. Quod tandem ægre Electores, quibus se Austriaci cum ecclesiasticis Principibus junxerant, concesserunt. Quo magis itaque terror hostium animos Germanorum occupaverat, eo facilius fuit obtentu, ut citius omnes in re quam maxime ardua progrederentur. (x) Concipienda igitur formula fuit, quæ Principibus exhiberetur, addituris, quæ e re sua esse viderentur, salvis tamen Electorum juribus. Fundamenti loco Capitulationem Leopoldinam Electorales habendam decrevere, cum qua monita Prin-

 cipum

(u) vide Theatr. Europ. *Tom. VIII. p. 491.* Oldenburg. *Disc. ad J. P. p. 3. Disc. 5. p. 43.*

(x) conf. Autor. *ominos. rerum ser. Specim. I. p. 21. Electores*, inquit, *quibus facessitum proprie ibat negotium, se paratos jactitabant, hinc inde utramque aurem Principum promittentes gravaminibus, eumque in finem, perpetuæ capitulationis formulam concepere.*

cipum jam olim clam suppeditata, conferrent: singuli articuli capitulationis publice proponebantur, monita Principum ad eos instituta inspiciebantur, & tandem subductis rationibus ea ponebantur, quæ neque sibi, neque Principibus, facile fraudi esse poterant. Initium consultationes sub finem Januarii an. 1664. habuere, quibus ipsi sæpe Electores, Moguntinus, Trevirensis, Bavarus atque Saxo interfuere. (*y*) Interim tamen res eo deferebatur, ut intuitu Cæsaris, Ratisponæ nunc degentis, materia capitulationis maneret suspensa, donec punctus securitatis publicæ esset ad finem perductus. Ita enim acta comitialia rem exhibent: Also leben Ihro K. M. der gnädigsten Zuversicht, Sie (die Stände) werden Ihnen nicht entgegen seyn lassen, den punctum defensionis wieder den Erb-Feind vor Angreiffung anderer Materien ob summum moræ periculum völlig auszuarbeiten, &c. Ne vero nimia cunctatione Principes ad novas commoverentur querelas, re diu multumque deliberata, tandem Moguntinus formulam conscripsit, medio Februarii, eamque postea Principibus *anno 1664. d. 5. Maji* sive *d. 25. Apr.* juxta vet. Calend. exhibuit, eorum sententiam auditurus. Adeat qui istam legere volet, Auctorem Meditationum ad instrumentum pacis Cæsareo Suevicum, cui nos quamplurima debere, ultro publice fatemur. (*z*) Multum hinc temporis circa deliberationem de modo & ordine rem tractandi est consumptum, gravissimæque, de prologo præsertim atque epilogo, contentiones aures personabant. Operæ hinc pretium arbitramur, prologi æque atque epilogi formulas huc adponere, ne Lectoris judicium possint fallere, quæ infra dicentur. Erat autem prologus talis: Demnach auch bey diesen Reichs-Tag, nach Anleitung des Münster- und Osnabrückischen Frieden-Schlusses, von einer künfftigen gewissen und beständigen *Capitulation*-Handlung vorgefallen, so ist selbige von Chur-Fürstlichen *Collegio* abgefasset, und mit gesambter Fürsten und Stände Einwilligung, in diesen Reichs-

(*y*) vide Diarium Europ. *Tom. XI. Centur. X. p. 89.*
(*z*) *p. 1004. seqq.* conf. Pfeffingeri *Vitr. illustr. l. 1. tit.* 7.

Reichs-Abschied gebracht worden, wie folget: Epilogus his admodum verbis proponebatur. Diesemnach hat das Chur-Fürstl. *Collegium* sich erklärt, auf obgesetzte gewisse und beständige Kayserliche *Capitulation*, bey allen künfftigen Wahlen, sie geschehen zu Lebezeiten oder nach Absterben eines Röm. Kaysers, den *eligendum*, wie auch auf dasjenige zu verpflichten, was alsdenn, wenn die Wahl-Fälle sich zutragen, zu thun; über daß, so in dieser *Capitulation* enthalten, nach gestalten Sachen, Zeiten und des *eligendi* Zustand, das Chur-Fürstl. *Collegium*, dem heiligen Römischen Reich teutscher *Nation*, gesambten Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, und dem gemeinen Wesen nützlich, also ferner zu *practici*ren und *capituli*ren, nothwendig befunden würde, iedoch der göldenen Bulle, dem Frieden-Schluß, denen *juribus statuum*, gegenwärtiger beständiger *Capitulation*, und denen ietzigen und künfftigen Reichs-*Constitution*en unabbrüchich; so viel aber diejenige *Capitulation*, worauf ietzt regierende Kayserl. Majest. bey der zu Franckfurt vorgefallenen Wahl verpflichtet worden, anlangen thut, dabey werden dieselbe außer dem, was in dieser *Capitulat.* in einem und andern Articul geändert. und vnn neuen *constitui*rt, gelassen; auf welche Aenderung und neue *Constitutiones* denn zugleich aller höchst-gedachte Kayserl. Majestät, in Ihrer Kayserlichrn Regierung, das Absehen zu nehmen versprochen haben, dabey es aber in alle Wege diesen Verstand hat, daß Ihr. Kayserl. Majestät zu demjenigen, was in besagter dero Franckfurther Wahl-*Capitulation* mehrers, als in dieser beständiger begriffen, und noch nicht vollzogen ist, Krafft dieses darauf geleisteten Juraments, unveränderlich verbunden seyn und verbleiben solle ꝛc.

§. XI. Sub initium anni 1665. crescere lis cœpit, atque turbis multum est datum, præsertim cum dubiæ partium proponerentur rationes, num satius esset, singula capita novæ sanctionis seorsim tractare? an vero præstaret, universa capitulatione absque vicibus interruptis perlecta, simul respondere, & mentem aperire statuum, qualem in genere hac de re fovent? Austriaci, quibuscum se plerumque ecclesiasti Principes conjungere solent, urgebant,

bant, de singulis articulis singulatim animum esse statuum audiendum. (*a*) Contra fuerat visum secularium Principum legatis, eo quidem conatu, ut Magdeburgicus, ad sententiam dicendam vocatus, una eademque opera, vix ut vocem sisteret, mentem Principum exponere adgrederetur. At ægre ferebat ausa Magdeburgici Austriacus, qui tum Senatui præsidebat; hinc ipsum quidem interpellabat, Actuariis etiam seu Protocollistis scriptione interdicebat; At Magdeburgicus, cum suarum partium studiosis, de libertate enervata querebantur, quamvis frustra, pluribus adversæ factionis ad fores prorumpentibus. Autor *ominos. rer. ser.* (*b*) rem ita tradit; *Tandem in absolvendo suffragio impeditus fuit Legatus Magdeburgicus, surgebat Director, nescio an ex animi fervore, aut gravitate officii, conferebatque se ad ecclesiasticum ordinem, qui mox sui Directoris exemplum secutus, sessionem continuare aut audire respuit. Hinc suborti tumultus & altercationes, concursum undique in partes, mox in unum ora tument, ira nigrescunt sanguine venæ, Lumina Gorgonis sævius angue micant, aliis libertatem suffragrandi, aliis stili & ordinis observantiam, aliis directorii authoritatem allegantibus, exclamantibus, & sic jurgia Codri &c.* Sed eventum hæ turbæ habuerunt rebus Principum secularium fere funestum, quandoquidem, ut cætera taceam, quæ in opprobrium Magdeburgici poterant vergere, Directoribus integrum relinquebatur, unum vel plures simul articulos referre, quo secularium Principum legatis unice collineandum erat, ubi audiri volebant.

§. XII. His ita confectis, prologus & duo primi capitulationis articuli materies disceptationis erant; Magnos equidem animorum motus statim sub initium circa prologum futuros sibi persuadebant Electorales, sed frustra; Nihil enim secularium Principum legati volebant mutari, quam ea verba, quibus proderetur, formulam capitulationis ab electorali collegio conscriptam, atque demum

(*a*) Aut. *in ominos. rer. serie. Relat. p. I. 22. seqq.* & Bedencken über die Grund-Veste *p. 38.*

(*b*) *Relat. I. p. 23. seqq.*

demum Senatui Principum communicatam esse. Hæh autem verba Principes ita concepta volebant, ut nulla eorum expressa fieret mentio, qui formulam conscripserant, in genere saltem moneretur, formulam capitulationis fuisse conscriptam, conventam, & recessui imperii insertam. Verum, ubi ad articulum tertium, in quo agebatur de Electorum prærogativis specialibus, de electione Regis Romani, vivo & mortuo Cæsare, de Vicariis imperii deque eorum subofficialibus, erat deventum, vehementiorem reperires contentionem, quandoquidem quotus quisque rationibus suis optime credebat prospectum, ubi alteri contradicendi studium probaret; Ecclesiastici Principes, qui numero suffragiorum seculares vincebant, ex sua mente decreta fieri volebant, renitentibus secularibus, qui omnem operam adhibuerunt, ne quidquam concluderetur, unde commodum ad Ecclesiasticos, ad se vero ulla redundare posset calamitas. Majori concordia res neutiquam circa insecutos articulos tractabantur, quoties aliquid Ecclesiastici, jure majoris partis, decernere conabantur, unde sibi metuere seculares poterant, majorem partem penitus rejecturi. Multa sane in causa erant, quare Seculares majora vota aversabantur, nisi plane vinci volebant. (*c*) Numero certe plures sunt Ecclesiastici, præsertim ubi cum illis Austriaci & qui ipsorum partes sequuntur, amice conspirant. Quid itaque facilius Pontificiis esset, quam hoc modo ad votorum summam, in perniciem addictorum Augustanæ Confessioni, eniti? Accedit, in ipsis patriæ nostræ sancitis multa esse, quæ postulata secularium confirmant, quod vel una collectarum materia satis superque unicuique probare potest. Sed nescio quibus hanc sententiam Pontificii sannis excipiant, quando ogganniunt: *Subtilibus ingeniis nec robur nec acumen deesse, caussam nulla nec lege nec observantia fundatam, apparentibus quibusdam coloribus speciose adornandi.*

§. XIII. At remoram objectiones secularium facere non poterant, quæ Ecclesiasticos impediret, quo minus ex mente plurium suffragiorum decreta conficere anniterentur, subinde recla-

 manti-

(*c*) Aut. *in ominos. rer. ser. Relat. I. p. 28. seqq.*

manibus iis, quibus rationes principum secularium erant concreditæ. Novi excitabantur motus ab Electoralibus, quod ægre ferrent, communi, non secularium modo, sed & Austriacorum atque Ecclesiasticorum, consensu talia circa prologi atque epilogi tenorem esse conclusa, quæ ipsorum auctoritati nimium quantum derogarent, quum jura ipsis capitulandi & ad capitulandi eriperentur, quæ a sesquiseculo soli exercuissent. In peculiari etiam scripto, quod Salisburgensi tradidere, ea consignabant, quorum haberi rationem vellent. (*d*) Ne itaque nimio animi calore magis magisque exardescerent, Salisburgensis optimum esse ratus, novam proponere methodum (*e*) quæ utrique conciliandæ parti inserviret. Sed adhuc erant, quæ Secularibus adversabantur, unde quid sentirent, peculiari responso exposuerunt. (*f*) Ipse Salisburgensis sui consilii nullam adeo gratiam iniit, ut potius duriter ab aula Cæsarea reprehenderetur. Ita tandem res omnis, quæ reducere quietem Reipublicæ debebat, in contentiones atque jurgia desinebat.

§. XIV. Facile hinc seculares Principes secum animadvertebant damnum, ubi amplius progressus facere vellent, hinc per tres fere annos altum de capitulatione silentium erat. Neque enim in Senatu publice quidquam proponebatur, licet intra privatos parietes nova adfulgeret spes, fore, ut tandem res gravissimi momenti rite componeretur. Bavarus namque atque Coloniensis cum Neoburgico atque Magdeburgico, rationem inierant quo pacto rei desperatæ salutarem adhiberent medicinam. (*g*) Illi tandem formulam exhibuerunt, sub nomine *Concordanz Project*, satis celebrem, (*h*) in qua propius ad vota Principum accedebatur. Hæc

(*d*) Exhibentur ea in *Mantissa II. Meditat. ad Instrument. pac. Cæsar. Suev. p. 1040. seqq.*

(*e*) vid. *l. c.*

(*f*) vid. *l. c.*

(*g*) conf. *Ominos. rer. Relat. I. p. 35.*

(*h*) quod idem tradit Aut. *ad Instrum. pacis p. 1072.*

Hæc formula ubi utrique collegio, electorali non solum, verum etiam principum consessui, fuisset proposita, eventum habuit cæteris feliciorem, quandoquidem ab utraque parte omnia fere probata fuerunt, si prologum excipias atque epilogum. Res, de quibus diximus, gestæ fuerunt sub initium anni 1667. Austriacis & qui partium eorum erant, maximopere perculsis, ubi certioris fuerant facti. In ancipiti hærebant, quo se verterent prorsus nescii, mox de Electorum inconstantia queruli, rursus principum favori inhiabant, multa promittendo, ubi partes Electorum deserere vellent. Quibus id effecerunt, ut Principes seculares animum inducerent, ad Austriacorum partes transeundi, eorumque qui eundem cum ipsis finem tuebantur. Sed hisce artibus nihil valde profectum, Capitulantes enim partim intumescebant, cum animadverterent, se ab utraque parte sollicitari, partim animus præsagiebat, anguem latere in herba, hinc ab Ecclesiasticis ad hæc tria responsum efflagitabant. (1.) *An omnes Ecclesiastici & qui cum iis stant, hanc actionem susceptam velint?* (2.) *an qui hactenus defectu mandatorum se excusarunt, jam agendi potestate satis instructi sint?* & (3.) *qua ratione satisdare & cavere sibi velint, monita sua ad Capitulationem, quæ hactenus ab altera parte calumnia majoris partis rejecta fuerint, tum saltem conclusis Senatus Principum insertum iri; ne cœptam actionem, nullo operæ pretio facto, derelinquere iterum & infecta re discedere oporteat?* Verum enim vero, vix seculares hasce quæstiones proposuerant, cum statim intelligerent, Ecclesiasticos id unum sollicitos habere ut ipsis fucum facerent. Hinc eo facilius ad Electoralium partes denuo pertrahebantur, qui multa concedebant ex formidine, ne Ecclesiastici tandem cum secularibus convenirent. Ipsi seculares iniquitatem Ecclesiasticorum peculiari scripto exposuerunt, ne sibi culpa imputaretur. (*i*) Ab initio statim valde offensi, quod Ecclesiastici fidem dare nollent, Principum secularium monita conclusis curiæ Principum insertum iri, ubi inter se convenire neutiquam possent.

§. XV.

(*i*) Conf. *Mantissa VI. apud Auct. Meditat.* p. 1084.

§. XV. Interea Electorales responsum etiam dedere (*k*) ad formulam illam, quam supra sub nomine *Concordanz Project* allegavimus, tantamque Principibus fecerunt spem, ut de successu satis fausto omnes læti essent. In iis autem, quæ animorum societatem adhuc distrahebant, illud palmarium erat, quod Electorales neque prologum neque Epilogum ad mentem Principum componere vellent. Verum hoc caput rei erat, quo libera adcapitulandi potestas Electoribus relinquebatur. Hinc nemo mirabitur, Principes omnem contulisse operam, ut Electoralibus æquiorem inspirarent mentem, adeo quidem, ut Electoralium pertinaciam animadvertentes, de prologo nunc atque epilogo silere consultius ducerent, utrumque æquiori temporum fato relicturi. (*l*) Equidem in novo responso (*m*) denuo quæpiam Principibus indulgebant, prologum etiam omitti consentientes, at, ut idem de epilogo fieret, neutiquam adduci ob rationem ante adlegatam poterant. Cæterum facile intelligebat utraque pars, quantum facerent temporis dispendium scripta mutua, cum opportunius longe negotium per colloquia tractari posset, hinc Electorales Moguntinum mittebant, atque Bavarum, Principes autem Neoburgicum atque Altenburgicum, periculum amicæ compositionis facturos. Sed neque huic rem tractandi methodo optatus respondebat exitus, quum Electorales aperte proderent, se ab epilogi tenore ne latum quidem unguem discessuros, semperque sibi jus ad capitulandi integrum servaturos. Hoc ubi sentiebant Principes, remittere aliquid de postulatis satius ducebant, quam rem tantæ molis prorsus derelinquere. Hinc permittebant Electoribus libertatem, urgente necessitate & boni publici causa, quæpiam electo Regi vel Imperatori præscribendi, quorum in Capitulatione perpetua nulla ante facta fuisset mentio: at hæc tum demum suum ob tentura esse valorem, ubi cum imperii constitutionibus conveniant. Addebant, illa

quæ

(*k*) Vid. *Mantiss. VII. l. c.*

(*l*) *Mantissa II. l. c.*

(*m*) vid. *Mantissa IX. l. c.*

quæ absque prærequisito imperii ordinum consensu fuerint adjecta, in comitiis proximis statuum judicio esse subjicienda, eorumque fore voluntatem exquirendam. (*n*)

§. XVI. Pronos ad hæc Electorales cerneres, putaresque negotium tanto hactenus labore atque animorum fervore gestum, denique summa omnium voluptate esse transactum. Verum enim vero, pœnitentia mox Electorales subibat rei impatientia præcipitatæ, hinc moras nectere, latebras quærere, quotidianum illis esse objiciebatur. Tandem elabendi occasionem arripuere, quam ipsis postulata Principum circa epilogum suppeditarunt. Hi enim Electoribus jus adcapitulandi concedere recusabat, nisi sub tribus conditionibus: Prima erat, ut necessitas inevitabilis efflagitet, unvermeidentliche Nothdurfft, quæ piam capitulationi perpetuæ addi. Secundo urgebant, ut proximis comitiis de illis, quæ hoc modo capitulationi adjecta ab Electoribus fuere, referatur ad omnes status, eorumque sententiæ rogentur, an stare jubeant, aut abrogari velint. Denique subjungebant, ut de his ipsis in comitiis illis ante omnia alia negotia deliberatio institueretur. Sed primam conditionem velut captiosam Electorales, itemque tertiam penitus rejiciebant, secundam identidem aliter admittere nolebant, quam ubi *communia* fuerint capitulationi adjecta *negotia*, de quibus rogari status omnes oporteat, in cæteris nunquam se arbitrio reliquorum ordinum commissuri. Ità res, quæ ad exitum jam optatum perductæ credebantur, denuo infausto turbini immissæ, in ancipiti præcipitio cum anno sexagesimo septimo sunt finitæ.

§. XVII. Sub initium anni 1668. secularium Principum legati omnem denuo adhibuerunt operam, ut votorum summam consequerentur. Collegio Electorali sententiam dominorum significabant, metum simul incutiebant, fore, ut cum Ecclesiasticis se conjungerent, ni Electores ad mitiora descendere velint. Cætera profitebantur, clausulam superius ab Electoribus productam; Jngemeinen Reichs-Geschäfften, sibi non adeo displicere, modo

 hæc

(*n*) *Ominos. rer. series. p. 55. seqq. Relat. I.*

hæc verba in alium locum transponantur. Ut hæc, quæ diximus, nemini obscura amplius esse possint, ipsum Epilogum ex mente secularium conscriptum hic adponemus. Diesemnach soll das Chur-Fürstl. Collegium auf obgesetzte gewisse und beständige Kayserl. Capitulation bey allen künfftigen Wahlen, sie geschehen zu Lebezeiten, oder nach Absterben eines Römischen Kaysers, ohne weitern Zusatz, Abnahme oder Aenderung den eligendum verpflichten; Daferne aber bey einen und andern zutragenden Wahl-Fällen ein solcher Casus, der nicht allbereit in dieser Capitulation begriffen, sich ereignete, und dahero eine unvermeidentliche Nothdurfft seyn würde, den Eligendum, iedoch dem Westphälischen Friedens-Schluß, der gesambten Stände juribus, und ietzigen und künfftigen Reichs-Constitutionibus gantz unabbrüchig, noch weiters zu des Reiches Besten und Wohlfahrt zu verbinden, so solle er auch dazu obligirt verbleiben; es würde denn bey nechst-folgenden Reichs-Tage communi statuum consensu ein anders statuirt und beschlossen. Zu welchem Ende denn dasjenige, wozu der Electus obverstandener Maßen von dem Chur-Fürstl. Collegio ferners verpflichtet worden, auf besagter nechster Reichs-Versammlung, so in dem ersten Jahre nach solcher vorgegangenen Wahl ohnfehlbar auszuschreiben, denen Ständen vor allen andern Materien proponirt, und von ihnen resolvirt werden solle. In hoc epilogo Electorales post verba: *Communi statuum consensu*, addi volebant; In gemeinen Reichs-Geschäfften. At legati Principum hanc formulam verbis: ein solcher *casus*, subjici malebant, quod tandem omnibus, si unum Brandenburgicum excipias, qui se mandati defectu excusabat, arridebat. Ita tandem concordia imperii ordinum, quæ toties hactenus exulare jussa, nunc tandem faustis ominibus reducenda videbatur, cum subito nova oriretur tempestas, quæ lacrymosam negotio ruinam minabatur. Præterquam enim quod de prologo nondum confecta res esset, novis disceptationibus campum amplissimum aperturæ, domus Austriaca multa adhuc capitulationi perpetuæ inseri volebat, quæ ad majestatem suam atque privilegia vindicanda facerant. At fons & tu-

ba calamitatis Bavarus erat, a concipienda formula capitulationis ejusmodi plane desistendum suadens. (*o*) Hujus consilii Coloniensis atque Brandenburgicus robur addebant, ex altera parte Moguntino, Trevirensi atque Saxone stantibus, quibus mox Palatinus accesserat: qua occasione Saxo in sententia dicenda omnem rei hactenus gestæ seriem breviter repetebat, tanta diligentia, ut operæ pretium esset, nisi dissertationis academicæ modum excederet, integram ejus orationem exhibere, satius itaque erit lectores harum rerum curiosos ad sæpius laudatum Autorem Medit. ad Instrum. pacis remittere. qui inter Mantissas suas ei locum dat. Interim seculares ubi animadvertebant curiæ Electoralis divisionem, temporibus utendum rati, urgebant Directores in Principum Senatu pertinaci opera, ut tandem aliquando, post satis longum intervallum, de capitulatione iterum ad curiam referrent. Hi moras nectere amplius non poterant, sed an. 1670. mense Novembri rem tot jactatam casibus Senatui proponebant, post quatuor annorum interstitium. Tractandi modum verbis Auctoris supra dicti, cui Meditationes ad instrumentum pacis Cæsareo suevicum orbis eruditus debet, describemus. Erat vero talis, (*p*) ait (1.) *Ut disceptatio esset inter partes, ex quibus unam Austriaci cum Ecclesiasticis, & alteram Principum secularium legati faciebant, quo ipso vitabatur, ne major numerus Ecclesiasticorum omnia rursus, ut antehac, suo arbitratu ferret ageretque.* (2.) *Vt nihil eorum in deliberationem amplius veniret, de quo inter ecclesiasticos & seculares jam constat, sed ut saltem illa denuo agitarentur, quæ adhuc in lite sunt, & compositione opus habent. Atque hac ratione Austriaci etiam cum Ecclesiasticis depulsi sunt a primo suo præsidio, quod initio in jure majoris partis collocaverant, coactique fuere partes, ubi par conditio secularium eo casu erat, si forte una pars alteri nolebat cedere.* Rebus in Cura

 Prin-

(*o*) Conf. Ominos. rer. ser. *Relat. 3. p. 48. seq.* ubi ita inquit, *Serum post male gesta consilium, cujus quidem mutatio optimus pœnitenti portus esse solet. &c.*

(*p*) *p. 989.* coll. 2. conf. Ominos. rer. ser. *specim. II. & seqq.*

Principum diu multumque pensitatis, Directores conferre monita cœperunt, quæ postmodum justo ordine disposita & in senatu probata, Moguntino fuere tradita, ut initium re- & correlationis fieri posset. (*q*) Annum hæc 1671. premebant, ubi mutuæ statim super prologo & epilogo contentiones ortæ id effecerunt, ut imperii Proceres tandem re prorsus infecta discederent.

§. XVIII. Interea temporis, dum Electorales ad hæc monita respondere detrectant, veluti mandatis dominorum non satis instructi, novam prologi formulam proposuerant principibus, quæ ita habebat: Als auch, nach Anleitung des instrumenti pacis und jüngsten Reichs-Abschieds, die Materie der Kayserl. Wahl-capitulation vorgenommen und in Berathschlagung gezogen worden, hat man sich verglichen, und entschlossen, daß bey denen ins künfftige vorgehenden Kayserl. Wahlen neben andern auch nachfolgende Puncte zu beobachten, und iedesmahlen der Capitulation einzuverleiben. Salse atque festive Autor sæpius dictus in ominosa rerum serie (*r*) hanc rem describit. *Electores*, inquit, *dum sese in tanta apprehendunt præcipitio, Cephalica hic applicare media pro summo remedio habuere, ne vertigine affecti ex pedibus postea defecturis laborarent: Præservativa sic se habet: Habita quoque consultatione de capitulationis materia conventum est & definitum, In futuris Cæsarum electionibus INTER ALIA sequentia etiam puncta observari. &c. Hac formula sic stante Epilogum ob superfluitatem amputandum Electores censuerunt. Vox horrenda in cordibus Principum concoquere haud stomachus poterat, Conclusa Principum contemptim vocasse monita, gravi & alte petito proœmio Epilogum infestasse, Res jam transactas contra fidem aversari, quæ tot annorum operam absumpsere. &c.* Itaque Principes verborum ita callide conceptorum arcana mox rimabantur, quando Electores per vocabulo: neben andern, sibi jus ad capitulandi integrum servare studebant, per voculas autem materie & *puncta* jus ipsum capitulandi formale & actuale sibi solis asserere.

(*q*) Exhibet illa Auctor Medit. *in Mant. XI.*
(*r*) Relat. IV. *p.* 85.

rere. Nihil itaque responsi a Principibus datum, nisi quod afflagitarent, ut Electorales animi sensa ad monita nuper tradita explicarent: Quod tandem Electores, ut satisfacerent Principibus, mense Majo fecerunt, non tamen omni ex parte illa probata fuisse, insecuta Principum declaratio satis superque testatur. Jam velut acies contra se invicem stabant, quem Electores, dicit Autor *in ominos. rerum.* (5) *Prologum propugnant, Principes impugnant. Quem Principes epilogum obfirmant, hi infirmant, uterque pari constantia. Quam Electores juris sui jacturam in epilogo fecisse credebant, hanc nunc in procemio reparare conscientia e postliminio dictavit &c.* Electorales, ubi se diu variis scriptis in utramque partem torquebant, tandem, ut se omni fastidio impeditæ hujus & difficilis actionis semel liberarent, pro fideli publice, remotis verborum involucris, sustinebant, sibi firmiter esse animis propositum, jus formale & actuale capitulandi suo ordini adserere, neque unquam permissuros, ut quidquam inde detrahatur. Vt vero constet, qualis Electorum fuerit declaratio, operæ pretium erit, illam hoc loco verbis conceptis recensere. Ita autem se habet: An Seiten des Chur-Fürstl. Collegii habe man aus der Fürstl. nechsthin wieder erfolgter Erklärung mit mehrern ersehen, was maßen von demselben erstgedachtes Chur-Fürstl. Collegii die circa prologum eröffnete Meinung dahin eingenommen worden, als ob man nur in intentione mit einander einig, daß eine gewisse und beständige Kayserliche Wahl-Capitulation gemacht werden solle: Und weilen ernanntes Fürstl. Collegium solcher Gestalt nicht begreiffen könne, wie das nachfolgende des Chur-Fürstl. Auffsatzes daselbst mit solcher intention, zumahlen mit dem Epilogo, eintreffen, und beysammen stehen möge, sondern vielmehr eine augenscheinliche contrarietet involvire, man nicht sehen thäte, wie man Fürstlichen Theils von voriger Erklärung hätte abgehen mögen, und dahero es bey derselben in allen Puncten bewenden ließe. Nun sey bekannt, daß, ob zwar diese Capitulations-Materie nur in genere ad Comitia re-

(5) *Relat. IV. p. 43.*

mittirt worden, nichts desto weniger mehr erwehntes Chur-Fürstl. Collegium zu Erhaltung guten Vertrauens solchen vorzunehmen, sich nicht zu wieder seyn lassen, und zu Abhelffung derer von theils Ständen wieder vorige Capitulationes geführten gravaminum einen Auf-Satz, wie künfftige Kayserliche Wahl-Capitulation, so viel die jura communia betrifft, hinführo gewiß und beständig einzurichten, gemacht, auch folgendes denen übrigen beyden Reichs-Collegiis mit der bekannten ausdrücklichen Bedingung communicirt hat, daß man sich nicht allein ferner Errinner- und Enderung, sondern auch auf allen Fall alle hergebrachte Chur-Fürstl. prærogativen und Rechte vorbehalten haben, und wenn diese Handlung nicht zu vollkommenen Stande kommen solte, mehr gedachtes Chur-Fürstl. Collegium auch an dieses nicht gebunden seyn wolte, maßen solche reservation nachgehends unter wärenden deliberationen in dem Fürstl. Collegio mehrmahls wiederhohlet worden. Wenn nun offtermeldtes Chur-Fürstl. Collegium bey solcher reservation beständig verharret, auch es niemahls einige andere Meinung gehabt hat, als daß demselben seine von mehrern Seculis hergebrachte, und durch das instrumentum pacis keines Weges benommene, sondern vor uns nach demselben exercirte jus capitulandi in salvo verblieben, hingegen aber auf die nun in so weit verglichene beständige Capitulations-Articul der Eligendus iedesmahl ungeändert verpflichtet, und dawieder oder auch die göldene Bulle, Constitutiones imperii, Instrumentum pacis und jura statuum nichts addirt werden solle: Als könne man nicht befinden, wie bey solcher Bewandniß obernandter Prologus deme in einerley Weise contrariren möge, oder auch dem Chur-Fürstl. ein mehrers zuzumuthen sey. Gestalten dieselbe der Zuversicht lebet, der Löbliche Fürsten-Rath es dabey bewenden lassen, und hinwieder sich dergestalt erklären werde, daß dieses nun so lang getriebene Werck dermahlen seine Endschafft erreichen, und in denen übrigen noch unerörterten Materien progredirt werden möge.

Hæc in Senatu Principum vix perlecta erant, quando omnia perstrepebant querelis, Electores violatæ fidei incusantibus, quan-

doquidem

doquidem ea nunc improbe revocent, de quibus tamen diu fuerit transactum. Electores etiam scripto impetebant, in qua injuriæ sibi illatæ meminere. Verum enim vero, ne sic quidem quidquam profecerunt; Quin potius Bavarus ex ipsis actis pacis Osnabrugensis, quam fundamenti loco hactenus adduxere Principes, talem eruere interpretationem contendebat, quæ abs mente Principum plane erat aliena. Persuadere enim illis maximopere annitebatur, sermonem in commemoratæ pacis articulo supra adlegato non esse de jure capitulandi, quod nemo tum temporis Electoribus facere dubium ausus fuerit, sed occasionem dedisse huic sanctioni quærelas Principum de Electoribus, quod multa hactenus ex capitulationum abusu ad suum protraxerint forum, quæ tamen communibus statuum juribus essent propria: Hæcque fuisse in causa, quare rogitaverint Principes, ut sui ordinis & jurium suorum paulo major ratio in conscribenda capitulatione inposterum haberetur, eaque de re in proximis Comitiis ita statuatur, ut certa & constans fieret constitutio legis pragmaticæ vim obtentura. Tandem tota Bavari oratio eo dirigebatur, ut indicaret, æquum esse & juri consentaneum, ut acquiescant tandem Principes, neque juribus & prærogativis Electorum insidientur immodicis postulatis, ad quæ perenda nulla eis ex pace Westphalica suppeteret actio, cum illa ipsa per omnia Electorum præcipua jura confirmarit: Utraque denique pars mutuo se insidiosæ interpretationis accusabat, donec Collegium electorale fatigatum continuis Principum expostulationibus, levi quadam mutatione novam epilogi formulam suppeditaret; Daferne aber bey vorgehender Wahl ein Chur-Fürstl. Collegium mit dem Eligendo noch weiters zu capituliren, und denselben in gemeinen Reichs-Geschäfften oder andern die communia statuum nicht betreffenden Sachen, iedoch der göldenen Bulle, dem Münster- oder Osnabrückischen Frieden-Schluß der gesammten Stände juribus, gegenwärtiger beständiger Capitulation, denen Reichs-Constitutionen, und was in obberührten Reichs-Geschäfften mittelst einer allgemeinen Reichs-Satzung ins künfftig anders statuirt und geschlossen werden möchte, unabbrüchig zu des Reiches Wohl-

Wohlfahrt zu verbinden vor nöthig erachten, würde, soll er dazu obligirt seyn und verbleiben. Hoc pacto reliqui Electorales omnes, excepto Brandenburgico, satis prospectum sibi existimabant, sed Principibus neque hic epilogus admodum placebat, ob rationes, quæ unicuique manifestæ esse poterunt. Res ipsa morte legati Sueco-Bremensis interrupta tandem prorsus oblivioni tradita atque sepulta fuit.

§. XIX. Intra hos terminos res substitit, usque ad diem septimum Septembris anni 1707. Tum enim temporis ex perpetuis, ad quas damnata videbatur, tenebris in lucem revocabatur, ubi Augustus noster gloriosissimus fulmen in Bavarum atque Coloniensem perduellionis reos vibrabat. Dum enim hæc inconsultis imperii Principibus agebantur, solo Electorum consensu adhibito, factum est, ut peculiaribus litteris (*t*) ad Imperatorem datis, Principes suis juribus, hactenus ex ipsorum quidem opinione, nimium violatis, prospicerent. Neutiquam ipsas improbabat Augustus, id solum monebat, aliter se in declaratione banni commemorata agere non potuisse, nisi fidem voluisset migrare, atque juramenti vincula solvere, quibus in capitulatione Electoribus fuerit obstrictus. Quodsi tamen de capitulatione certa atque constanti res inter imperii ordines fuerit confecta, se quam lubentissime ipsorum votis satisfacturum. Ita tandem materia capitulationis, per tot annorum spatium oblivione sepulta, spe omni cum Electoribus ex voto conveniendi deposita, quasi resuscitabatur. Neque tamen initium rei gravissimæ prius factum est, quam die 9. Sept. anni 1709, fundamentique loco copia capitulationis probabatur, de qua jam an. 1664. fuerat conventum. (*u*)

§. XX. Principes mira animorum alacritate negotium adgrediebantur, moxque de connexione solliciti, qua ratione scilicet futu-

(*t*) Exhibent eas Elector. jur. pub. *Tom. II. pars VII. p. 594.* conf. Fabri *Europ.* Staats-Cantzeley *Part. XI, p. 608. seqq.*

(*u*) Subjiciemus eam fini nostræ Dissertation.

futuro imperii recessui capitulatio posset inseri, hunc in modum mentis decreta prodebant: Demnach bey diesem Reichs-Tag, zu Folge des Münsterischen und Osnabrückischen Frieden-Schlusses und Reichs-Abschieds de an. 1654. von einer künfftigen gewissen und beständigen Kayserl. Wahl-Capitulation gehandelt, so ist selbige von Chur-Maintzisch. Directorio abgefasset, und mit gesammter Chur-Fürsten, Fürsten und Stände Einwilligung in diesen Reichs-Abschied gebracht worden, wie folget: Mox Principes d. XI. *Sept.* ejusdem anni 1709. ab Electoribus flagitabant, ut edicerent, quidnam in hac connexionis formula ipsis probaretur, quidve minus? Sed quod aliqui Electorum legati abessent, responsio de die in diem differebatur, neque audires quidquam ex Electoribus, quam ut e re fore perhiberent, Civitatibus etiam imperii, quid agatur, exponere, certioremque facere Imperatorem, quod materia *capitulationis* hoc vel illo modo denuo tractaretur. Sed utrumque d. 20. Sept. Principes improbabant, tum quod de tarditate inde proventura sibi mntuebant, tum quod arbitrabantur, minus fore necessarium, neque usu receptum, ad Imperatorem talia perscribere; Tandem vero quod Electoribus ita videretur, eminentissimo Cardinali Lambergio, Cæsaris ad Comitia Legato splendidissimo, rem posse significari, consentiebant.

§. XXI. Electores d. 8. Octobr. ad connexionis formulam responsum dare recusabant, utque dum Principes epilogum etiam tradidissent. Hi moras nectere ullas nescii, ipsum conceptis verbis ita exhibebant: Diesem nach hat das Chur-Fürstl. Collegium auf obgesetzte gewisse und beständige Kayserliche Wahl-Capitulation, (welche ohne gesammter Stände Bewilligung nicht zu ändern) bey allen künfftigen Wahlen, sie geschehen zu Lebezeiten oder nach Absterben eines Römischen Kaysers, den eligendum zu verpflichten. Daferne aber bey vorgehender Wahl in gemeinen Reichs-Geschäfften ein solcher casus, der nicht allbereit in dieser Capitulation begriffen, sich ereignete, und dahero ein Chur-Fürstl. Collegium den Eligendum (jedoch der göldenen Bulle, dem Münster- und Osnabrückischen Frieden-Schluß, der gesammten Stände juribus, gegenwärtiger beständigen Capitulation, auch

ietzigen

ietzigen und künfftigen Reichs-Constitutionibus gantz unabbrüchig) noch weiter zu des Reichs Besten und Wohlfahrt zu verbinden, für eine hohe Nothdurfft befinden möchte; so soll er auch dazu obligirt seyn und bleiben, es würde denn bey nechst darauf folgenden Reichs-Tag communi statuum consensu ein anders statuirt und geschlossen.

§. XXII. At Electores d. 23. Octobr. regerebant, hanc, quam Principes exhibuissent, epilogi formulam, non esse genuinam, sed aliam, quæ hujus admodum tenoris erat, offerebant: Daferne aber bey vorgehender Wahl ein Churfürstl. Collegium mit dem eligendo noch weiter zu capituliren, und denselben in gemeinen Reichs-Geschäfften oder andern die Communia statuum nicht betreffende Sachen, iedoch der göldenen Bulle dem Münster- und Osnabrückischen Frieden-Schluß, der gesammten Stände juribus, gegenwärtiger beständiger capitulation, denen Reichs-Constitutionibus, und was in obberührten gemeinen Reichs-Geschäfften, mittelst einer allgemeinen Reichs-Satzung ins künfftige anders statuirt und geschlossen werden möchte, unabbrüchig zu des Reiches Wohlfahrt zu verbinden, vor nöthig erachten würde, soll er auch dazu obligirt seyn und verbleiben. Principes die 30. Octobr. reponebant, se parato animo epilogum electoralem recepturos, modo loco verborum: Der gesammten Stände juribus, ponatur: Denen Ständen sammt und sonders an ihren juribus, & post verba: Zu des Reichs &c. addatur: Und der Stände; Verum enim vero, dum Electorales d. 9. Novembris Principibus significabant, se vel tantillam mutationem absque expresso mandato Dominorum suorum admittere neutiquam posse, Principes veriti, ne dispendium inde temporis oriretur, acquiescebant: Ipsi vero Electorales, ut hanc promtitudinem pari officiorum genere compensarent, prologum supra jam adductum sine ulla amplius hæsitatione recipiebant.

§. XXIII. Ita quidem insignes illæ, quibuscum superiori ætate conflictabantur ordines, sublatæ videbantur, circa prologum atque epilogum difficultates. Vnum supererat, ut exemplaria capitula-

pitulationis perpetuæ, postquam monita fuissent inserta, de quibus inter utrumque Collegium fuerat conventum, mutuo traderentur, subinde tamen mutatis, quæ Status imperii ab an. 1671. aliam longe faciem induens mutari vellet. Ita cum in sæpius allegato capitulationis perpetuæ exemplari verba occurrerent: Die sieben Chur-Fürsten, &c. amplius Principes monebant, ad articulum tertium capitulationis ejusque §. primum, sequentia verba tolerari vix posse: Daß ein regierender Römischer Kayser den durch denen Münster- und Osnabrückischen Frieden-Schluß eingeführten 8ten Electorat jederzeit approbiren und confirmiren solle, ipsorum loco poni hæc volebant: Und denn mit Einwilligung gesammter Chur-Fürsten und Stände des Reichs eingeführte Braunschweig-Lüneburgischen Electorat, auf Maaß und Weiß des hierüber errichteten Reichs-Schlusses, keine neue Chur nicht einführen &c. Ad eundem articulum tertium loco congruo ea, quæ sequuntur, inserere suadebant; Demnach auch Chur-Fürsten und Stände, nach Anleitung Articuli 8vi Instrumenti pacis, nicht unterlassen, von der Wahl eines Römischen Königes bey Lebezeiten eines erwehlten und regierenden Römischen Kaysers zu handeln und zu statuiren, als haben sich dieselben communi consensu mit einander dahin verglichen und geschlossen, daß die Chur-Fürsten nicht leichtlich zur Wahl eines Römischen Königes vivente Imperatore zu schreiten, es wäre denn, daß entweder der erwehlte und regierende Römische Kayser sich aus dem Reiche begeben, und beständig oder allzulang aufhalten wolte, oder derselbe wegen seines hohen Alters, oder beharrlicher Unpäßlichkeit, der Regierung nicht mehr vorstehen könnte, oder sonsten eine anderwärtige hohe Nothdurfft, daran des H. Römischen Reichs conservation und Wohlfahrt gelegen, erforderte, einen Römischen König noch bey Lebezeiten des regierenden Kaysers zu erwehlen, auf solchen ein und andern angemasten, wie auch erst gedachten Nothfall, solle die Wahl eines Römischen Königes durch die Chur-Fürsten, mit oder ohne des regierenden Kaysers consens, wann derselbe auf eingelegte Bitte, ohne erhebliche Ursach verweigert werden solte, vorgenommen, und damit der göl-

denen Bulle, auch ihrem dem Heil. Römischen Reiche tragenden Amt und Pflichten nach, von ihnen allerdings frey und ungehindert verfahren werden. Ad articulum decimum sextum hæc notari debere existimabant: Ob zwar von der Reichs-Hof-Raths-Ordnung, in der perpetuirlichen Kayserlichen Wahl-Capitulation Meldung geschiehet; so solle iedoch, biß dieselbe von Kayserl. Majest. und denen Chur-Fürsten und Ständen verglichen seyn wird, inzwischen der Reichs-Hoff-Rath auf dem Articulum 5tum Instrum. Pac. §. quoad processum judiciarium &c. angewiesen seyn: Prolixiora sunt quæ articulo vigesimo addebantur: Nachdem auch in dem Münster- und Osnabrückischen Frieden-Schluß enthalten, daß in denen Fällen, wo über Reichs-Acht und Ober-Acht zuerkennen und zu sprechen, neben dem vorigen in Reichs-Satzungen vorgeschriebenen modo, Chur-Fürsten und Stände auf eine beständige und sichere Ordnung bedacht seyn sollen; als ist zu dessen Vollziehung mit gemeiner Stände Consens statuirt und verglichen worden, daß hinführo niemand hohen oder niedern Standes Chur-Fürst, Fürst, Stand und andere ohne rechtmäßige und gnugsame Ursachen, auch ungehört und ohne Vorwissen, Rath und Bewilligung des Heil. Römischen Reiches Chur-Fürsten und Stände, in die Acht oder Ober-Acht gethan, gebracht und erklärt, sondern in denen künfftigen Casibus darinnen nach Beschaffenheit des Verbrechens auf die Acht oder privation entweder von Kayserl. Fiscal Amtswegen, oder auf Anrufen des lædirten und klagenden Theils zu procediren, und in Rechten zu verfahren, und darüber wir entweder in dem Reichs-Hof-Rathe, oder unsern und des Reiches Cammer-Gerichte pro administratione justitiæ angeruffen und implorirt werden, zuförderst in Decretirung oder Auslaßung derer auf die Reichs-Acht oder privation gebetenen Ladungen und Mandaten, so dann in der Sachen weitern Ausführung, biß zum Beschluß auf des H. Reiches hierüber vorhin gefaste Gesetze und Cammer-Gerichts-Ordnung genaue und sorgfältige Achtung geben, damit der Angeklagte nicht præcipitirt, sondern in seiner habenden rechtmäßigen prætension der Nothdurfft nach angehöret werde; Wenn

es

es denn zum Beschluß der Sachen kömmt, so sollen die ergangenen Acta auf öffentlichen Reichs-Tag gebracht, auf gewisse hiezu absonderlich vereydete Stände (den Prælaten- und Graffen-Stand mit eingeschlossen) aus allen dreyen Reichs-Collegiis, in gleicher Anzahl der Religionen, examinirt und überleget, deren Gutachten an gesammte Chur-Fürsten und Stände referirt, von denen der endliche Schluß gefasset, und das also verglichene Urtheil, nachdem es von uns oder unsern Commissario gleichfals approbirt, in unsern Nahmen publicirt, auch die execution so wohl in diesen als andern Fällen, anders nicht als nach Inhalt der executions-Ordnung, durch den Creyß darinnen der Aechter gesessen und angehörig, fürgenommen und vollzogen werden. Was nun dem also in die Acht Erklährten abgenommen wird, das sollen und wollen wir Uns und unsern Hauße nicht zueignen, sondern es soll dem Reich verbleiben, vor allen Dingen aber dem beleidigten Theile daraus satisfaction geschehen, jedoch so viel die particulier Lehne, so nicht immediate von uns und dem Reiche, sondern von andern herrühren, betrifft, dem Lehn-Herren, auch sonsten der Cammer-Gerichts-Ordnung und einem jeden an seinen Rechten und Gerechtigkeiten unbeschadet, gestalten auch bey solchen verwürckten Gütern des Aechters, vor allen dahin zu sehen, damit denen Agnaten und allen andern, so Anwartung daran haben, und sich des Verbrechens in der That nicht theilhafftig gemacht, disfals nichts zum præjudiz geschehe, und da auch der gewaltthätiger Weise Entsetzete oder spolirte, pendente processu banni, üm restitution anhalten würde, so sollen und wollen wir daran seyn, daß dem Kläger nach Befindung ohne Verzug und unerwartet des Ausgangs des quoad pœnam banni anhängig gemachten processus, zu seiner uneingestelten redintegration durch zulängliche Mittel, vermöge der Cammer-Gerichts-Ordnung und andern Reichs-Constitutionen, cum pleno effectu verholffen werden solle. Wobey auch ausdrücklich bedungen, und verglichen, wenn auf vorbeschriebene Maaße, Form und Weiße wie von Puncten zu Puncten versehen, nicht verfahren würde, daß alsdenn selbige ergangene Achts-Erklährung und exemption ipso

jure vor null und nichtig gehalten werden solle. So viel letzlich das bannum contumaciæ belanget, ist allen wohlerwogenen Umständen nach für gut erachtet und dahin geschlossen worden, daß selbiges als ein aus vielen considerationen unzulängliches Mittel gar abzuthun, und es in civilibus caussis auch bey denen civilibus coercendi & compellendi mediis bewenden zu lassen.

§. XXIV. Electores d. 3. Jan. 1710. per litteras hæc a Principibus suggesta adprobabant monita, & Capitulationis perpetuæ exemplari pleraque inserere jubebant, ita quidem ut spem maximam omnis Germania conciperet, fore, ut tandem negotium dimidii seculi spatium supergressum, amice componeretur. Sed præter principum opinionem factum est, ut denuo summa imis miscerentur, Electoribus cum Cæsare in diversum nitentibus. Interim ex Principum numero erant, qui minis proficere sibi persuadebant, quod pace non possent; sed dubium est, utrum perficere quidquam possint, ubi Seciæ & Daniæ Reges, itemque Saxoniæ Principes lineæ Ernestinæ rebus gravissimi momenti aliis sint penitus immersi. Nova equidem continuandæ rei sæpissime consilia iniere Principes, huc usque tamen omni fere successu caruerunt, siquidem adhuc novissime, post plures alias declarationes inter Curias Electorum & Principum hinc inde factas, Electores constituerunt, sibi firmiter propositum esse, ad capitulationis materiam non facile progredi, antequam res maioris momenti ad finem feliciter fuerint perductæ.

CAPUT III.

IMPEDIMENTA CAPITULATIONIS PERPETUAE STRICTIM PERCENSET, ALIAQUE HUC FACIENTIA CUM MODESTA EPICRISI EXHIBET.

§. I.

Ita quidem historiam capitulationis perpetuæ, quantum nostri insti-

instituti ferebat ratio, ad finem perduximus, sed, quod in fatis Germaniæ est, ipsi capitulationi, quam vocant, perpetuæ, finis nondum optatus est impositus: Neque enim Principum vel minæ vel prudentia quidquam proficiebant amplius per tot annorum decursum, quam ut res tanti momenti mutuis jactata vicibus, subinde rursus subsideret, conticescere jussa, inexplicabili patriæ malo. Caussas hujusce difficultatis passim adduximus, ubi historiam capitulationis pertexebamus, juvat tamen aliquas, easque gravissimas, denuo commemorare, ut lectori constare melius possit, in quo cardo rei vertatur. Nolumus autem quicquam horum nostrum facere, sed saltem aliorum sententias varias recensebimus, judicium de his prudentioribus relicturi. Sane tum in Electores, tum in ipsos Principes quidam rejiciunt ea, quæ remoram eventui felici inferre possint, quamquam in ipsos Imperatores culpam non levem aliqui derivent.

§. II. Vt vero postremorum vestigia premamus, primo illi speciose ostendunt, hocce arcanum, velut palladium, servare Imperatores, ut Electoribus auctoritatem suam integram semper adserant, omnes contra nervos intendant, ut Principum vires præcisæ, altiora moliri nequeant. Facilius enim fieri posse autumant, ut Imperator parvum Electorum numerum in suam pertrahat sententiam, quam insignem Principum multitudinem, variarum partium studio sæpe distractam (a) Accedit, quod Electores ecclesiastici, reliqui etiam seculares, qui Pontificiæ sunt religioni addicti, Cæsari facile faveant, quorum votis Protestantes nullo negotio vincat. Et ne quis frustra hæc esse prolata existimet, ad tempora Ferdinandi II. provocant, qui suæ religionis Electorum promtitudine abusus, omnem fere Germaniæ statum everterit. Testes rei ut fidem mereantur, in subsidium vocant belli tricenalis scriptores, Joannem Baptistam Burgum, Johannem Gilenium, Nicolaum Bellum, Bogislaum Philippum Chemnitium, Samue-

lem

(a) conf. Monzamb. *Cap. V. §. 2. p. 214.*

Iem Puffendorffium, ipſumque Everardum Waſſenbergium atque Carolum Caraffam.

§. III. Sunt, qui culpam omnem in Electoribus quærunt, quare graviſſimum certæ, quam nominant, atque conſtantis capitulationis negotium nondum penitus adhuc fuerit confectum. Hi enim veriti, ne rationibus ſuis minus proſpiciatur, ubi votis Principum ſatisfacere velint, omnia movere, dicuntur, ne res ex horum arbitrio ſuccedat. Neque tamen injuſtitiæ penitus potentiſſimum Electorum ordinem arguunt, ſed ipſorum etiam rationes proferunt in medium, quibus cauſſam ſuam ſuffulciant. Prima eſt, quod ſolis Electoribus in Aurea Bulla jus eligendi concedatur, cæteris imperii Statibus excluſis; eſſe vero cum jure eligendi jus præſcribendi capitulationem arctiſſime connexum. Altera eſt, quod nemo Principum ipſis denegaverit unquam jus conficiendi capitulationem, ab electione Caroli V. usque ad mortem fere Rudolphi II. quo tempore primum contentiones hac de re motæ legantur, atque provocant ita ad præſcriptionem temporis immemorialis (*b*) Qui-

(*b*) Vexatiſſima equidem ac controverſiarum pleniſſima illa eſt quæſtio: *Num præſcriptio inter gentes liberas eorumve Rectores locum habeat?* Sunt, & quidem plurimi, quibus unum hoc curæ cordique eſt. cum Hugone Grotio in opere de Jure B. & P. *Lib. II. c. 4.* multis iisque graviſſimis rationibus ſuam corroborare ſententiam; Aliis contra in diverſa nitentibus, ut crederes, omnes ingenii ſui nervos intendere, ut vel ſibi ipſi, vel certe aliis, ſententiam ſuam perſuadeant. Inter hos referri meretur Viri acutiſſimi *Petri Puteani* Regi quondam a Conſiliis & Bibliothecis. (*Du Puy*) Diſput. contra H. Grotium: *Si la preſcription a lieu entre les Princes ſouverains?* quæ continetur in opere ſuo: *Touchant les Droits du Roy tres chretien. Pariſiis 1655.* Verum quantis ſcriptum hoc laboret vitiis, a viro magni nominis Dn. Werlhoffio jam diu demonſtratum eſt, cum *in Vindiciis ſuis Grotiani dogmatis de præſcript. contra Puteanum*, curatiori omnia examini ſubjecit: Nobis vel unius Gallici Scriptoris, *Silhonii*, effatum adduxiſſe ſufficiat, qui cum at-

Quibus tamen Principes respondent, jus eligendi a jure conficiendi capitulationem quam maxime distinguendum esse: Quod ut unicuique facilius probent, ad exempla Bohemiæ Regum confugiunt, quibus olim electio quidem nemine invito competebat, integrum autem non erat, conscribere formulam, qua novus Imperator Germaniæ devinciretur. Quodsi Electores ad auream Bullam provocent, parum inde adjumenti ad ipsos rediturum, cum potius publica hæc imperii lex stricte sit interpretanda. Et si Electores ulterius urgeant, se per integrum fere seculi spatium Cæsari præscripsisse modum, quo ad fastigium rei patriæ evectus fata humana dispensaret, Principes regerunt, id sibi fraudi neutiquam esse, neque in suum præjudicium adlegari rite posse tacitum consensum, cum integrum ipsis omni tempore fuerit, iis contradicendi, quæ Electo-

res

tenderet, jure privato præscriptionem esse introductam ne rerum dominia in incerto essent *l. 1. ff. de usucap.* quidni ad Respubl. liberas tam salubrem juris rationem ut caussæ litium aliquo tandem fine terminentur, spectare? anxie quærit, & *dans le Minist. d' Estat Lib. I. discipl. II. p. 76.* ita dicit: *Autrement certes la condition de tous les Princes seroit miserable; il ne seroient jamais assurés en leurs Estats, ils seroient toujours en querelle avec leurs Voissins & le repos du monde seroit alterè par des changemens trop frequens & par de revolutions eternelles.* Quodsi enim quis rem suam ab alio teneri sciat, nec tamen quicquam multo tempore contradicat: Quodsi tot annorum spatium effluxerit, ut nec possessionis initium ullus hominum meminerit, atque ita certa derelictionis præsumtio accedat, quid aliud credi potest, quam quæ tanto tempore duraverunt, jure & legitime constituta esse, nisi aliæ caussæ manifesto apparent? Conf. Grot. *d. l.* Strauch. *Spec. Jur. publ. l. I. tit. 24. §. 23.* Werlhoff. *Disput. de præscript. inter Gentes liberas.* & Hugo de *Stat. regionis Germ. cap. 6. §. 25. & 26.* Huberus *de Jure Civitatis Lib. I. Sect. 3. cap. 8. p. 108. seqq.*

res gesserint. (c) Id quod cum in Instrumento pacis Westphalicæ solennissime fuerit factum, Electoribus ne quidem hiscentibus, planum esse unicuique, quod Electorum ordo ipse adeo publice professus fuerit, annos illos centenos, quibus jus conficiendi capitulationem exercuerint, Principibus nequaquam in damnum posse vergere. Principes itaque suam caussam compluribus rationibus communiunt, quarum tamen unam saltem alteramve exponemus. Inter has postrema neutiquam est habenda, quod capitulatio, ubi Imperatorem obstringere debeat, vim legis publicæ habeat, cui sanciendæ solus Electorum ordo neutiquam sufficiat, sed omnium imperii Statuum consensus requiratur. Experientiam præterea demonstrare, quod Electores novum Imperatorem iis sæpe rebus adstrinxerint, unde in ipsos quidem utilitas maxima profluat, cæteris vero Reipublicæ membris damnum immineat. Amplius patrocinium non leve caussæ suæ ex pace Westphalica quaerunt, quæ conceptis verbis jubet, ut tandem certa constansque perficiatur capitulatio.

§. IV. Neque tamen alii ab ipsis Principibus omnem removere culpam sustinent; cum nemo, nisi rerum patriarum ignarus atque rudis nesciat, quantam hoc illustrissimum concilium per varias vices subierit mutationem. Qui enim partes ipsius fortissime adhuc tutati fuerant, Duces, Neoburgicus atque Hannoveranus, Electorum nunc ordini sunt adscripti. Bremensem vero cum Sueciæ calamitate ita nunc conflictari putant, ut frustra ab ipso Germaniæ Principes quærant medicinam. Reliqui autem eo minus conficere rem censendos esse autumant, quo magis ecclesiastici atque seculares Principes inter se diffident. Novissime remoram ipsi facere, qui recentiori ætati ad Principum culmen evecti, in capitulationis negotio reliquorum sui ordinis suffragiis nolunt accedere, antequam voti atque sessionis facti fuerint compotes. Vt adeo res tot laboribus suscepta, tanto temporis intervallo miri-

(c) Conring. ad Lampad. *p. 3 c. 2. §. 15.* Hugemeyer *in ep. de Stat. imper. p. 52.* Londorp. *T. 2. Act. publ. lib. 3. p. 630.*

mirifice agitata, sub nostram autem ætatem ad exitum fere perducta, denuo in cassum abire, saltem infeliciter hærere, videatur.

§. V. Nostrum equidem, qui in umbratili otio vitam degimus, nec in luce Reipublicæ versamur, non est edicere, a qua parte veritas stet: sphæram hæc nostram longe transcendunt, quam ut protervis ausibus hæc sacra violare audeamus. Quodsi tamen quis cum cura perlegere velit ea, quæ prolixe antea in prioribus capitibus exposuimus, non facile temerariam tulerit sententiam. Quodsi ad sequentia etiam attenderit, dubium non est, quin felicius sit progressurus. Scilicet illud primo ponderandum erit, an jus eligendi cum jure præscribendi capitulationem indivulso nexu cohæreant? Dein neque illud negligere oportet, utrum ex eo capite, quod usus & observantia integri fere seculi requirere videatur, dici possit, aliquid in Aurea Bulla adfirmari, de quo tamen illa expressis verbis nihil adferat? Tertio dispiciendum, an ex diuturna possessione formulam capitulationis præscribendi, Electoribus jus quæsitum competat? Quarto & in hoc momenti non parum positum videtur, disquirere, utrum Electores eo ipso jus suum amiserint, quod instrumento pacis Westphalicæ inseri passi sunt, capitulationis negotium tanquam rem controversam in proximis Comitiis decidendam?

